Paulemn dK 2.

Jerzy Karol Skop czyli Tluk urodzony r. 1670.

Obacz:

Janozki: Lexikon der itzleb. Pohlen II. 189.
Mitzler: Warschauer Bibliothek III. 241.
Juszyński: Dykcyonarz poetów polsk. II.

(Całe dzieło powinno mieć 176 kart.)

PODHORECENSIA

seu

Fragmenta varia

composita et lecta, collecta, selecta

a

Georgio Carolo Equite Skop

originis prognatae in Polonia, educato in Britania, Praefecto equestri in Suecia, Aetatis suae octogesimo quarto.

—

Leopoli 1754.

Typis Cōnfrat. SSS. Trinitatis.

CELSISSIMO
JOSEPHO ALEXANDRO
é
Ducibus Prussijs
in
IABŁONOW & LACHOWCE
PRINCIPI
JABŁONOWSKI
in
ZAWAŁOW & LISIANKA
COMITI
in
Podchorce Libero Baroni.
Dapifero Magni Duc: Lithv:

in

Iabłonow ad Chronow

HÆREDI

Terrarum Buſcenſis, Korſunenſis Wołpenſis, Onyxſztenſis, Dzwinogrodenſis

CAPITANEO

Rącacinenſi, Zawariſcenſi

TENUTORI

AEquiti Ordinis Palatini S. Huberti

Præfecto Loricato Exercituum Regni.

De

DE Ducibus ſummis Orbis, quos ſumma poteſtas
Noluit eſſe pares, offero ſenſa Tibi.
DE Ducibus ſummis Pruſſorum qui venis ortu.
Quos ornas animi dexteritate Tua.
Et nunc Imperij Princeps de jure creatus,
Principibus ſummis connumerare decet.
Idq́, Tua virtute potens qua grandius eſt nil,
Et Proavûm meritis fama perennis erit.
Cedrus ut in Libano viridans conſurgit in altum,
Præ reliquis alijs fortiter arboribus.
Sic Tu præ reliqvis (: fas ſit mihi dicere :) ſurgis
Illuſtres quos fert inclyta Sarmatia.
In cunctis imitaris Avos, qui deſpiciebant
Virtutum cauſa cuncta ſiniſtra Duces.
Palma velut florens conſtanter in alta reſurgit,
Præſſa licet multis frangitur illa malis,
Sic virtute Tua præſtante per ardua quæq́,
Et meritis merito ſurgis in alta Tuis.

SAPHICON

PRincipum præſtans Soboles Ducumq́;
Quos Tuis magnis meritis adæquas,
Sint licet geſtis Proavi Decoris.
Marte Togaq;.

Dux Avus belli Tuus ad Viennam,
Fregit audacter pepulitq́; Turmas
Barbaras primus, fera perſecutus
Signa, potenter.

Marte Dux fortis velut eminebat
Cujus in toto manet Orbe Nomen,
Tu modo fulges liceat fateri,
Palladis arte.

Si modo belli ratio daretur,
Prout Avus bello ſimul emineres,
Bella ſed ſilent tamen ecce quavis
Parte refulges.

Has Tibi noſtras tenues Camenas
Offero, Tutor ſimul atq́; Cenſor.
Eſſe digneris, fave derelictis
Optime Princeps.

Gene

GENETLIACON

Celsissimorum Jabłonoviorum Propaginis

JNclyta si poscis veteris quæ stirpis Origo
Nunc IABŁONOWSKI nomine celsa micans
Littalaon Princeps qui Palemonibus ortus [a]
Regibus ad Pontum, produxit stemmate Prussum; [b]
Vindico manat ab his Dux Prussus, scripta fatentur. [c]
Sarmatiam petiit Comitatus fratribus Audax. (d]
A Dobrogosto primo, genus auxerat ejus [e]

Sanchor

(a] *Duisburg, Stryjkowski Koiałowicz, Niesiecki.*
(b] *Hieronymus Henninges.*
(c) *Privilegium Srenense*
(d) *Vindica Buitillo Obyzorzo Fratres Prussi Principes Pruthení.*
(e) *Idem Privilegium & Okulski Pag. 425 & 546.*

Sanchor ceu Sobor prognatus ſub Caſimiro.
A Sventopolco fert gens Encænia prima. [f]
Dux Sobor factus Crivouſti marte ſecundus. [g]
Milite Stibor erat juſto fortiſſimus Heros, [h]
Vłodko Płocenſis Palatinus plurima geſſit. [i]
Martinus Dux Mars Palatinus Cuiavienſis [k]
Satrapha Breſtenſis, ſequitur primusq; Ioannes.
Golubienſis Sobolis Præfectus & ille Ioannes. [l]
Actis terdenis Volfgangi ſtemma ſequetur. [m]
Sierpenſis Præclaus veterano more Senator, [n]
Qui Kryſkam Claram thalamo ſociavit amicam

Tellure

(f) *Id eſt Nagody, Bielſki, Paprocki, Okulſki, pag. 555.*
[g) *Paprocki* de Origine Arinorum
[h) *Okulſki pag.* 560.
(i) *Idem Ibidem,*
[k) *Cromerus 150 159, & Longinus* de poſteris Privilegia Triſmert 3. Magiſtri Cruciferorum
(l) Acta Thorunenſia
(m) *Acta Srenenſia, Mlavenſia in* Niedzborz, *& alia 13. Gradus probant*
(n) *Acta in* Niedzborz *1395.*

Tellure Procopius Ripensi gaudet. [o]
Hic Wilkanowskam desponsat fædere sacro.
Is habuit Dadzibog Castellanum Ripinensem [p]
Cum Palatina Dorothea Conjuge Srzeńska.
Ad Dunam periit pugnando Gregorius Hector, [q]
Progeniè felix de Mdżewo Penelopea.
Albertus cæsus cum Moschis bella gerendo, [r]
Cui Lubrańska fuit faustis fidissima thedis.
Heroo Paulus Potockum sangvine tinxit, [s]
De Labiszyn Kuklinska Comes sociata relicta,
Mathias Præses Colomyæ sæpe Legatus;

Cui

(o) *Acta Terrestria in Srżeńsk 1421.*
(p) *Acta Zawcrynensia in Mlava 1451.*
(q) *Pervetusta Familia dictus ab Okulski pag 555. Acta in Mlava 1483*
(r) *Okulski & Acta Terrestria in Srzensk 1506 & 800.*
(s) *Okulski & Acta Zawkrynensia 1569. Iam in Russia florens citatur a Paprocki in Panosza.*
[t] *Epitaphium Colomya*

Cui Kłomicka thoro florebat juncta beato.
Hac Regni Curiæ Mareſchalcus flore Ioannes; [u]
Oſtrorog vinctus Comitiſſæ fædere firmo.
Dux Stanislaus magnus primusq; Senator, [w]
Cum Kazanowſka præſtanti prole perennat. [x]
Magnus Alexander geſtis & Signifer alter.
Hic cum Sieniawſka cenſendus germine grandis, [y]
Ioſephus Princeps, Pruſorum laus & Imago:
Sponſa Duciſſa ſimul felix Radivilia vivat: [z]
Optata cunctis ditetur poſteritate,
Majorum tum venturi fulcrumq; Coronæ.

PARS.

(u] *Epitaphium Leopoli.*
[w) *Ab omnibus memoratur Caſtellanus Cracovienſis, Dux Supremus, Exercituum*
(x) *Ultima Domus*
(y) *Ultima Domus Caſtellani Cracovienſis Ducis Supremi germana*
(z) *Germana Palatini Vilnenſis & Supremi Exercituum Ducis Littv: tum Ducis in Słuck.*

PARS PRIMA

ORIGO REGUM & REGNI POLONIAE

Tum Vitæ Eorundem.

A

GEORGIO, CAROLO, EQUITE SKOP.

versu compositæ.

LECH, & Stirpis ejus Duces, ab Anno 550
Quo dominati usq; ad Annum 700.
Nobis ignoti fuerunt.

IN vacuis postquam vagabundus Sarmata campis
Erasset nullo sub Duce, more feræ.
E Scitia Tanain tranando plurima sicut
Natio migravit multiplicata, genus.

Attila ceu fuerat Domini crudele flagellum
Omnia pessumdans Bellua terribilis,
Afligens gentes horrenda gente voraci
More locustarum fex licaone sata.
Aut Alaricus atrox latium qui depopulando
Despoſticum dominans duxit in obsequium.
Cum Stilicone demum quem vicit honorius aspes
Trans montes pellens raptaque restituit.
Sic â Romanis opresse Dardanidarum
Cesserunt, gentes dura propago vetus.
Magnus Alexander nomen roboravit eorum,
Dum contra Persas fortia bella tulit.
Qui Slavi dicti quod laudem nunciat horum
Bellando fortes quam meruere viri.
Agressi tandem Romano marte potenti
Qui toti mundo prædominatus erat.
Servitium Slavi latiorum ferre recusant
In loca cesserunt dura Boema modo.

Czech

Czech Pragam fundat quæ limen dicta Boemis
Lech loca trans Albim prosperiora petit.
In Filijs cernens Aquilas sibi nidificare
Augurium felix sumpserat inde situs.
Castra metat, dissolvit equos dum pascua læta
Conspicit atq; suis congrua militibus,
Mox Urbem fundans ubi primum Castra fuere,
A nido dictam, Thura cremando Dijs.
Ut sint propitii cæptis tueantur eosdem
Pagano veteri cuncta peracta ritu.
Plura notanda forent sed desunt Historicorum
Scripta, quibus caruit gens ea prima rudis.
Hostibus in circum tum prædis invigilabat
Sarmata, non libris, omnibus horror erat.
Huic fuerat primæ Patriam defendere Curæ
Et deprædari proxima quæq; loca.
Hic fuerat melior validis qui fortior armis
Et moderare suum qui bene novit equum.

De Prædis & equis fuit illis quæstio prima
Hostibus in medijs mors nisi notus erat.
Posteritas Lechi longos dominata per annos,
Sed nos cuncta latent deficiente Typo.
Hoc unum constat quod gens hæc semper in armis
Vixerit, & quivis marte timebat eam.
Trans quoq; Danubium volitando notus in armis
Historici referunt Sarmata Pharsalias.
Lucanus & Vagus è vacuis advenit Sarmata Campis.

Visimirus Posthumus, Lechi Successor 701.

GEsta licet taceant Annales Principis hujus
At Fundatorem Dancica jactat eum.
Qui victis Danis & Cimbris gente vetusta
Nunc ubi stat Gedanum qui coluere loca
Urbem fundavit tum libertate beavit,
Quæ nunc Arctoum surgit in Emporium.
Et Visimir Castrum proprio de nomine sanxit
Quod Vismar Populi vox breviata vocat.

Diver-

Diversos hostes quorum jam disperiere
Nomina, vincendo sub sua jura tulit.

Duodecem post ejus fata Duces, A. 720. & fit Aristocraticum Gubernium.

POstposito fido Patriæ Tutore, Tyrannos
Est experta brevi gens ea prima rudis.
Quisq; suum proprium quærebat avarus: & inter
Se decertando maxima damna ferunt.
Affligunt miseram Gentem fera bella gerentes,
Alter in alterius castra necemq; furit.
Internis bellis sic Patria dilaceratur
Inter eos summus quilibet esse cupit.
Afflictæ Gentes sperantes prosperiora
Sunt horum factæ victima Præsidio.
Sic fere sæpe solet, speramus dum meliora
Mutatis veniunt deteriora modis.

Cracus unus ex 12. Lechis.

ELectus Cracus Princeps de ſtirpe Polona
Quo tolli poſſent hi ſine lege Duces.
Dux fuit eximiæ vitæ probitate notatus,
Erigit inde ſuo nomine Metropolim.
Detruſis illis quos ſenſerat eſſe feroces
In que vicem ſtatuit quos videt ingenuos.
Iam tunc prima vos inter diſcordia regnat,
Ut quoque nunc ſtatui maxima damna parit.
Externo capiti ſe ſubdere non pudet illos
Ac ſi non eſſet Dux bonus inter eos.

Leſco Filius Craci ſeu Grachi A. 747.

CEu Fratris Romæ maduerunt ſangvine muri,
Sic fratris Leſci terra Cruore madet.
At non impunè pulſus periitq; Tyrannus
Iuſtior Auſonijs Sarmata primus erat.

Vanda

VIrgo Virum fugiens Ridigerum proſilit undis
  Quam vinci, mavult intemerata mori.
Exoranda fuit non vi quærenda puella
  Præcipue ſi quæ Nobilis Ingenua.
Fortis & impavidus periit ceu Curtius olim,
  Sic periit Virgo gentis amore ſuæ.
Verius hocce tamen, pons ruptus & inde perivit
  Turmatim fugiens quando gravatus erat.
Sic Conſtantino victus Maxentius Audax
  In Tyberi rupto ponte perivit aquis.
Sic ad Strigonium fugiendo Turca perivit,
  Indignatus erat pondera Danubius.
Sic ſimul ad Sentam, iam vitrix barbara turba
  Tormentis rupto ponte perivit aquis
Dum quærunt multi vitam ſalvare timendo
  Ne pereant pereunt turpiter ecce fuga.

Sarmaticos pontes quos fert Hetruria montes
Vix transire potes ni tua Crure notes.

Electi denuo 12. Duces Palatini, A. 760.

FOrmati rursus duodeni sunt Palatini
Præsidio quorum credita summa status
At facti pariter nimium dominando Feroces
Illorum primus quilibet esse cupit.
Sic cum Pompeio primatum Cæsar agendo
Romanum summum labitur Imperium
Post tot conflictus terraq; mariq; potentes
Ambitione sua fractus uterq; perit.
Ad Generum Cereris sine cæde & vulnere pauci
Descendunt Reges Indomitiq; Duces.
Torquebant Gentem gravibus sine fine tributis,
Quærebat vecors utile quisq; suum.
Opressus Populus tacite consurgit ad Armam
Illorum duorum non tolerando jugum.

Stipi-

Stipitibus duris agitur ſudibuſq; peruſtis
Armorum poſtquam defuit omne genus.
Pro Frameis Falces rapiunt pro lance ligones
Pluribus ex promptu rapta ſecuris erat
Turmatim cuncti ſic procedendo, dederunt
Ex inſperato perfida Cola fugam
Elegere virum clarum probitate fidelem
Pro multis unum belligerumq; Ducem

Præmiſlaus Nepos Viſimiri, A. 770.

ARte fugat Moravos dum ſilvas induit Armis
Inſipidos prudens vicit in arte dolus
An dolus an virtus non eſt quod in hoſte requiras
Et dolus eſt virtus vincere quando potes
Dum modo ſis victor victorem te canet omnis
Hoſtis pellendus quamodo parte licet
Pacta fides tamen eſt juſto ſeruanda cuiq;
Hoſtibus eſt etiam continuanda fides.

Leſco fraudulentus Electus A. 804.

HIc fore Dux capiens aſtutis fraudibus uſus
Pellitur & tandem turpiter occiditur.
Ad metam Sceptri præfixam ſpargit acutas
Ex ferro Stellas qua via recta fuit.
Curritur ad metam, ſed qui neſcivit acutis
Læditur his ſtellis, rixa fit inde perit
Omnibus ingenuis decet & juvat eſſe fideles
Nam fraus eventum vix habet ulla bonum.

Leſco 2d9 pariter invidia periit A. 806.

ALter adeſt Leſco pretio virtutis amictus
Dux factus quo nil juſtius eſſe poteſt.
Quem ſprevere Duces alij quod ſtemmate non ſit
His par, nam fuerat filius Agricolæ.
At genij magni virtuteq; præditus alta
Hoc utinam vellent continuare modo.

Qui

Qui bene cuncta regit vigilans & juſtus in omni
  Illius in Populis fama perenis erit.
Invidiam Comitem virtutis ſed Generoſus
  Dux eſt expertus fraude venando perit.

Leſco 3tius Filius ejus Anno. 810.

HIc latitando Domi nil contulit, unde tacendus
  Excepto quod ſit mortuus hocce bonum.
Deditus illecebris fuit alter Sardanapalus
  Cur; ejus mulier Sardanapala fuit.
Quæ lucratus erat genitor virtute potenti
  Ignavus latitans perdidit inde perit.

Popiel Filius ejus electus Anno. 820.

MAncipium Sponſæ fuerat Dux nec vocitandus
  Plena dolis Uxor quod jubet omne facit.
Mollis & Ignavus ſola libidine fortis
  Ut commune malis ſuſpicioſus erat

Inde ſuos Patruos ſuadente Uxore veneno
  Suſtulit, è quorum poſt breve corporibus
Sunt nati mures pro tanto crimine Regem
  Nec fuga perverſum, nec juvat aula, vorant.
Credere ſi fas eſt miracula tanta proinde
  Tarda ſit in magnis difficiliſq; fides.
An Rex non poterat ſe ſe defendere cinctus
  Millenis varijs undiq; præſidijs,
Aut dare forte fugam citus inſiliendo Caballum
  Aut tranare lacum tranſvada lintre cito.
An poterunt in Equo mures ſequitare volantem,
  Aut tranare lacum qui ſatis amplus erat.
At fieri poterat Domini nam ſola voluntas
  Efficit, omne Deo quod placet illud erit.
At quia non memorant ſcriptores hæc graviores,
  Unde tacenda magis, quam memoranda manet.

Popiel

Popiel 2dus Electus Anno 840.

HIc quoq; pauca nimis fecit memoranda proinde
Magnates inter non memorandus erit.

Piastus Crusvicensis Colonus Anno 850.

CUltor erat Sedulus Cereris sed vir generosus
Excipiens animo quemlibet Ingenuo
Dans quodcunq; Domus vel ager sibi suppeditabat
Tutor egenorum quemq; juvando pie.
Sola virum pietas fecit Generosa Monarcham
Quæ cunctis summis maxima gemma viris
Sic quoq; præreliquis Christus pascendo placebat,
Hunc Regem turbæ tunc voluere suum.
Regia cum res sit sucurrere sive juvare,
Ingenuos omnes quos premit atra dies.
Hinc proclamatus communi voce Monarcha
Contulit hoc illi larga favensque manus,

Vixit & indè diu Rex omni parte Beatus
Huic pariter fuerant Sidera propitia.

Siemovitus Filius ejus Electus Anno 915.

MOre ſui Patris clemens fuit atq; quietus
Hinc pariter felix, rexerat ille ſtatum.
Defenſor Patriæ Sincerus, amicus amicis
E contra cunctis hoſtibus, hoſtis erat.
Iura ſui Regni trans Baltica littora profert
Fortificando, ſuis omnia Præſidijs.
Indomitos domuit Pannones atq; Boruſſos
Devictos miſit ſub juga perpetua
Non ſemper quamvis fuerat mars ejus amicus,
Qui ſolitus Summos fallere ſæpe Duces.

Leſco 4tus. *Filius ejus Electus Anno* 940.

CLarus erat genitor bellis ſic pace beatus
Seruabat Regni cuncta tenore bono

Styr·

Styrpis hæc Piaſtorum, laudanda per omnia regnat,
Hinc merito longo tempore Sceptra tulit.
Pagani quamvis fuerint, moderamine Regni,
At virtute pares ſunt modo Chriſtiadis
Augendo Regnum tum defendendo potentes
Plus Paganorum contulit Ordo bonus.

Mieciſlaus imus *Filius Siemoviti A.* 960.

ECce Triumphator primus virtute fideq;
Dum primus Chriſti ſuſcipiendo fidem.
Turpia cum fanis Regni perfregit Idola
Nemo tulit Patriæ grandius hocce bonum.
Natus erat cæcus qui lumen quando recepit
Et Patriam Fidei lumine, ſeq; beat.

Boleſlaus Chrabri Filius Anno 980.

HIc primus meruit ſacratam ferre Coronam
Quam Fridericus ei Cæſar ab Urbe tulit

Sinceros Domini Servos comitantur honores
Vult in honore DEUS ſemper habere ſuos.
Hic fines Regni ſignavit ubiq; Columnis
Ipſe licet fuerit ſumma Columna ſtatûs

Miecislaus 2*dus Filius Ejus Anno* 1020,

DEgener immerſus vitijs probrumq; Parentis
Seria deſpiciens deditus illecebris
Prædominans mulier nimium fuit ejus iniqua
Æris avara nimis, dira Luperca fuit.
Hinc poſt fata ſui cunctis exoſa mariti
A Ducibus Regni turpiter eijcitur
Inde recedendo Caſimirus Filius ejus
Factus inops Monachus vixit in exilio,
Qui Rex electus quantumque Diaconus eſſet
Dum nimium diſcors gens ſine Rege fuit.

Caſi-

Casimirus Imus *Filius Ejus Anno* 1030,

HIc e Rege fuit Rex factus, grandior ante
Rex fuerat Domino quando Sacratus erat.
Si servire Deo regnare est, Rex fuit inde
Per triadum Domino vota dicatus erat.
Perpetuis bellis fuit infestatus ab omni
Patria præssa fuit parte viaq; gemens
Ut Monachus tueatur eos voluere sed ille,
Asvetus claustris stat latitando Domi.
Ut Frater fratres Claustri duntaxat amabat
His Regni large distribuendo bona.
E Monacho voluere Ducem Metamorphosis ista
Grandis erit, nequeunt hæc simul esse duo.

Boleslaus Audax Filius Anno 1042,

REx Casimire tuus natus felicior esset,
Uti si nosset marte statuq; suo.

Bellando fuerat quo non felicior alter,
Attamen infelix despiciendo Sacra
Quæ Genitor Sacris dederat bona surripiendo,
Hinc in eum misit fulmina Roma sua.
Excessit fateor quia cæsus Episcopus ejus
Mandato, subitus quod tulit omne furor,
Causa mali tanti bene si discussa fuisset.
Post pænam poterat Rex simul esse Probus,
Ipsa status ratio tandem qua grandius est nil,
Plurima Principibus dissimulare jubet.
Hocce carens retulit sic magnum Patria damnum;
Hostibus incircum dum lacerata fuit.
Septenni bello devicta Boristenis ora
Rursus in hostiles cessit iniqua manus.
Barbara Bassarabum Gens rursus facta rebellis
Perfidus efrenis factus & ipse Tyras.

Omnia

Omnia quæ fuerant bene conſervata potenti
Hoc Duce belligero diſperiere brevi.
Non bene res agitur dum major Regibus eſſe,
Ambitioſa nimis ſubdita turba cupit.

Vladiſlaus Imus *Summus Dux Exercitûs, Frater Boleſlai Relegati Eligitur* 1050.

DUx Summus Campi Regni Faſtigia ſcandit,
Sic decet ut quivis tendat in alta gradu.
Iuſtitia dubium validis nè potentur armis,
Hoſtibus horror erat, civibus Auxilio.
Quas Leges frater, præfixerat atq; tributa
Diſſolvit, Patriæ noluit eſſe gravis.
Bella licet fuerint ſic diſponebat ut ejus
In cunctis nulli Marte gravamen erat.
Qui probus & Clemens Dominator tutior hic eſt,
Quam qui perpetuo Marte patente præmit.

Boleslaus Krivoustus Filius. 1056.

NAsutus, Luscus, Gibbosus, & ore recurvus,
At quia Rex fuerat cuncta decora puta.
Corpore deformis fuerit licet at Generosus,
Defectus omnes mens animosa tegit.
Rex animi magni fuit & Iustissimus omni,
Belliger & vigilans omnibus Officijs.
Illius in Regni moderamine prospera cuncta
Semper erant, nec erat Luscus in arte status.
Corpore deformem quamvis natura creavit,
Omnia compensat dotibus Ingenij.

Mieczyslaus Senex dictus 1060.

SPerabat vetulum Clementem turba futurum
Eligit in Regem sed miser ingemuit.
More senum rigidus nimium fuit atq; superbus,
Affligens Gentem qualibet arte gravis.
Inde relegatus scæleratus & æris avarus
Non expectatur quo moreretur Atrox.

Divi-

Divitijs ejus ſublatis ſic ſolet eſſe
Quod multi fiant æris amore rei.

Caſimirus juſtus vocatus ejus Nepos 1070.

REx quia Iuſtus erat juſtorum Gente creatus
In Regem quamvis perfidus hocce neget.
In Iuſtos inter tum juſtos maxima lis eſt
Quod cupit hic, negat Is quod negat hic, cupit Is.
Invidiam quia Iuſtus erat, Rex contrahit in te
Virtutis Comitem pertulit invidiam
Nil ratus ille mali Rex tempore Paſchatis ipſo
Convivas inter fraude vènena bibit.
Heu mihi quam multos hoc ſacro tempore tollit
Perverſæ gentis maxima perfidia.
Quos tibi præ reliquis ſuccenſes eſſe fideles,
Perfidia plenos ſæpius invenies.

Boleſlaus Pudicus Electus 1080.

ANcipitis nimium fortunæ Dux fuit iſte.
Ut fore Principibus Mars ſolet ambiguus.
Ter vicit Moſchos ſed non cum fraude ſuorum
Et cum Baſſarabis fortia bella tulit.
Præſertim vero fuit Illi Thaurica dura,
Perpetuo graviter depopulando ſtatum.
Perpetuum bellum quæ tantum novit & arma
Ex rapto vivens perfida more Lupi.

Leſco Niger Princeps Siradienſis A. 1090.

Iſte Duces Ruſſos vario diſcrimine Martis
Invictos quondam primus adortus erat.
Cauſa mali tanti fuit his diſcordia poſtquam
Inter ſe ſoli, bella tulere fera.
Vivere pacifice dum non voluêre ſuperbi
Sauromatis facti victima dira gemunt.

Hen-

Henricus imus *Dux Vratiſlavienſ:* 1200.

REx quamvis fuerit ſupremæ dexteritatis,
Inde bonus merito denominatus erat.
Sed quia Germanus, tulit ægrè Patria gens hoc,
Vix annum regnans cæſus & ille perit.—
Quid facis inſipiens virtus eſt conſideranda:
Nil adimit, nil dat nomen inane viro.
Quilibet externum Dominum faſtidit & odit,
Qui gentis neſcit jura, ritumq; ſuæ.

Præmiſlaus 2dus *crudeliter occiſus. A.* 1208,

HIc quoq; vix Menſes Octo portando Coronam
Cæſus erat quamvis clarus ut octo fuit.
Invitatus erat Rex juſtus ad Orgia læta
Sed nimis incautus triſtia fata tulit.
Credulitas hunc necat ſed res nova non eſt.—
Perpetuo pereunt hac ratione Duces.

Nox & amor vinumq; nihil moderabile ſvadent
Illa timore caret liber amorq; metu.

Venceſlaus Rex Poloniæ & Bohemiæ ex Domo Luxemburgica Anno 1310.

PRimus is eſt Regum Patriæ qui contulit aurum,
Quod non noverunt antea Sauromatæ.
Et fuerat melius ſi gens non noſſet avarum
Non eſſent ut ſunt tanta nefanda mala.
E corio quamvis nummos tunc Lechus habebat
Bella tamen ferro proſperiora tulit.
Tempora tunc fuerant meliora ſub ordine quovis.
Nec tantam novit Patria perfidiam.
Plus auro confert ferrum dum ferreus armis,
Armiger in campis & Catafractus adeſt.
Candida nunc aurum corrumpit pectora mnnus
Iuſtitiam frangens ducit ad omne nefas.

Exter-

Externos Reges non nosset Patria nostra,
Sed foret ut fuerat gente decora sua.

Vladislaus 3tius Łokietek dictus 1330.

REx animi magni tum summæ dexteritatis,
In tenui quamvis corpore magnus erat.
Re factisq; Gigas Pigmæus Corpore quamvis—
Nullus eo gestis grandior alter erat.
Hic sibi subjecit fortes bellando Gelones,
Illorum mittens sub sua jura Duces.
Propitius tamen his bona propria cuncta reliquit,
Sic animos horum vicerat inde simul.
Parcere subjectis, & debellare Superbos,—
Hic Romanorum mos fuit ingenuus
Et Cruce Signatos Acie ter vicit eosq;
A Laribus Prussis transfreta vasta fugat.

Arctoas gentes ad justa tributa coegit.
Subera vel Corium ferre coactus inops.
Pectora quæ fuerant adjunxit idonea bello,
Duxit in Obsequium bastica vasta freta.
Illius Hedvigis fuit Uxor quam pietatis,
Ergo supremæ nunc quoq; Roma colit.
Hic vero Patriæ vel ut alter Achilles Achivis
Laudibus æternis commemorandus erit.

Casimirus magnus Electus 1310. *mortuus* 1350.

Restauratores Regni quicunque fuêre
Et defensores omnibus iste locum
Præripuit, palmam meruit sine fine triumphis,
Hinc merito magnus jure vocatus erat.
Excepto quod Rex Iudeæ deditus uni.
Ad nos Iudæos intulit hocce malum.

Sed

Sed quis erit nostrum qui non sit labe notatus
Præsertim Ducibus cuncta licere puta.

Ludovicus Rex Hungariæ & Poloniæ Electus Anno 1360.

DUm Ludovicus abest Respublica præssa laborat,
In circum varijs hostibus oprimitur.
Ambitiosa nimis Procerum discordia regnat.
Omnia pesumdans Rex fore quisq; cupit.
Utile quisq; suum duntaxat quærit & audet,
Infestare armis proxima cuncta Loca
Ceu Pastore carens armentam defficit errans,
Sic gens excedit de via Rege carens.

Vladislaus 4to. *Dux Litt: Electus* 1386.

DUm jungit Regno proprium Iagiello Ducatum,
Rex factus tanti muneris ergo potens.

Fundavit multas Urbes, Gymnasia, Templa,
Insignis Patriæ Tutor & Auctor erat.
In bello felix quo non felicior alter
Et Cruce Signatos sub sua jura tulit.
Prussia tota suo fit rursus subdita Marti,
Ejus perpetuum cessit in Obsequium.
Bassarabisq; potens devicta Boristenis ora
Quæ fæcunda solô commoda multa parit.
In numeris tandem meritis præclarus obivit
Æternum Cujus nomen honorq; manet.

Vladislaus 5tus *Filius ejus Electus* 1430.

REx fuit hic animi magni, fortuna sinistra
Quod commune solet fortibus accidere.
Prælia cum Turcis dum fert, fuit undiq; cinctus
Et periit, fraus hæc maxima fraudis erat.
Nam Rex perjurus contempsit fœdera Pacis,
Hinc vindicta Dei justa secuta fuit.

Barba-

Babarus in Sylvis potiores parte relinquens,
Provocat in Campum parte minore ſui.
Nil ratus ille mali Rex inſtat fortiter Audax.
Et vicit, fugiunt perſequiturq; ferox.
Hoſtis at è ſilvis â tergo proſilit, illum
Fortior aggreditur Rex ſimul inde perit.
Sic victus victor perijt, victuſq; triumphat,
Diſplicuit victrix victaq; Causâ Deo.
A Gabijs ſimili ſunt cæſi fraude Quirites,
Ter centum Fabij ſic periere dolo.

Caſimirus 4tus *Frater occiſi Vladiſlai Electus Anno* 1444.

HIc magno major Caſimiro Stemmatis ergo
Cujus nemo ſatis geſta referre poteſt.
Quid quid fert Regnum prætioſi conſpicuiq;
Ejus præcipui muneris eſſe ſcias.

Quinq; tulit Natos quorum dignisſimus ille
Quem Divos inter Roma ſtatuſq; colit.
Tres fuerant Reges, quintus fit Præſbyter inter,
Supremos Petri cardine Præsbyteros. —

Ioannes Imus *vocitatus Albrecht Cor:* 1492.

UT fuerat frater fortunatiſſimus ejus,
Sic hic infelix bella gerendo fuit.
Ad Varnam cæſi Patruelis dum cupit eſſe
(Ut decuit) vindex, cæſus & ipſe fuit. —
Intrans Vallachiam, ſubito circumdatus hoſte,
Vincitur & pereunt caſtra ſuperba fame.
Terribilis Clades nec nuntius inde redivit, —
Sub ſilva fuit hoc, quam Buçovina vocant.
Perfida Chriſtiadum ſic ſangvine ſilva rubeſcet,
Erubuit pariter perfidus ipſe Tyras.

Alexan.

Alexander Frater Albrechti. 1566.

FAuftus Alexander Rex fit felicior illo
Ultor erat Beſſos Moldaviamq; domat.
Indomitoſq; Scitchas qui Regnum depopulare,
Confvevere quibus non niſi præda placet.
Si conceſſiſſent huic vitam longius aſtra
Alter Alexander Marte futurus erat. —
Optima quæq; cito manibus rapiuntur avaris,
Implentur numeris deteriora ſuis.

Sigiſmundus imus *Filius Electus* 1546.

HUic quia ſervivit regnandi longior ætas,
Plura tulit Regno commoda Patre ſuo.
Fortunatus erat quavis ratione Monarcha
Providus in cunctis & probitatis amans,
Hoſtibus horrendus factus legionibus ejus,
Selectos tenuit ſemper ad arma viros.

Præ-

Præmia digna dabat quicunq; fuêre secuti
Ut decet Armati martia signa sua.
Hinc illum milles quia Dux Generosus amabat,
Adfuit in cunctis promptior Obsequiis.
In quavis illi Gens parte viaq; fidelis,
Semper erat cernens quod bene cuncta gerat
Hinc quisquis cives prætendit habere fideles
Dirigat in cunctis seq; suosq; bene.

Sigismundus 2dus *Filius ejus Electus* 1509.

PAcifice Regnans Patriæ plus contulit illis,
Qui fera perpetuo bella tulere duces.
Sæpius ancipiti pugnando Marte superbi,
Hic semper grata pace quietus erat.
Vere solent fortes ad bella procedere Reges,
Fortunæ metuant flore cadente suæ.

Henri-

Henricus Valeſius Gallus Electus 1573.

NEmo fuit Regum tanto ſuſceptus honore
Cum tanta pompa laudeq; nemo venit.
Henrico propria comitatus gente decenter
Et merito junctus ſangvine Regis erat.
Sed pudor inſipiens vix annum ſceptra tenendo
Omnibus ignaris turpiter ille ſugit.
Sperabat tumidus fratris poſt fata Coronam.
Sed fuit eluſus dignior alter erat.
Contempſit noſtrum ſceptrum nec fratris adeptus —
Spe ſua vana tumens, hinc pudor inde dolor.
Qui ſapit hic retinet quæ plus ſunt certa quietus,
Quæ ſunt certa minus deſpicit atq; fugit.

Stephanus Battori Duciæ Dux Electus 1578.

FErt Stephanus Stephanoma Ducum tum Sauromatorum
Quod meruit magna dexteritate ſua.

Dux probus atq; idem validis fortiſſimus armis
Quæ bona rara duo nec ſimul eſſe ſolent
Munere regali quovis bene noverat uti
Omnia diſponens ut decet atq; juvat.
Belliger inſignis, Moſcos Svecoſq; domando
In ſua Iura ferox tranſiit Herſoneſus.
Theſauros ſecum tulit inde receptus ab omni
Applauſu magno, quivis honorat eum.
Sic Cæſar factus quamvis Trax Emilianus
Theſauros Satrapis diſtribuendo ſuos.
At poſt quam vetulo Theſauri diſperiere
Omnis honor nec non gloria diſperiit.
Tempore felici multi numerantur amici
Dum fortuna perit nullus amicus erit.
Munera largiri ſic expedit atq; juvabit.
Ut non deficiant omnia temporibus.

Sigiſ-

Sigismundus 3tius *Filius Regis Sveciæ* 1587.

FOrtis in adversis Princeps sed fortior Armis
Cui Pater Armigeros misit in Auxilium.
Dum fuerat Regnum quavis à parte gravatum
Hostibus innumeris hunc juvat ipse Pater.
Cum Turcis Bessos summa virtute Scitasq;
Sub Chocim summum duxit in exitium.
A Moscis tandem Livonia tota recepta
Dux cujus post hac Filius ejus erat.

Joannes 2dus *Casimirus Filius Ejus Eligitur*, 1648.

PRosper adest Princeps quem singula vota Coronant,
Quod per quam raro nunc solet accidere.
Maxima quod virtus ejus meritumq; Parentis
Effecit cujus Patria grata fuit.

Non ut nunc Regis ſpreta virtute Ioannis
Cujus nollebant noſcere Progeniem
De veris nunc eſt diſcordia Regibus ingens
Virtutem ſvevit vincere perfidia.

Michael Koribut Wiśniowiecki 1669.

HOc tandem prudens eſt facta Polonia Rege
Quæ raro prudens eligit Indigenas.
Quod propria de gente creet ſine crimine Regem
Et non externa munera reſpiciens.
Dicitur, in Patria quia gratus nemo Propheta,
Tu gratus quo non carior alter erat.
At nihil eſt gravius nihil inconſtantius illo
Regali ſceptro Te meminiſſe juvat.
Quod non eſt concors Regnum nec Pace quietum
Eſt gravius longe quolibet exilio.
Ne pariter pereas ceu multi jam periere,
Exemplo tibi ſint quos numerare grave.

Eſt

Eſt onus omnis honos, quo grandior eſt onus ejus
Grandius, atq; dolis ſubditur innumeris
Accidit hoc illi ſero poſt fata monetur
Fraude ſimul periit qvam memorare nefas. —

Joannes Sobieſki Electus ex Summo Duce Rex 1674.

QUo nemo major ſurrexit in orbe Ioannes,
Deffenſor fidei miſſus ab Axe Poli.
Quem Salvatorem non ſola Vienna fatetur
Et fidei Scutum ſed quoq; Roma piè.
Ut taceam quæ ſunt ſub Chocim Cherſoneſumq;
Geſta Tyras quorum Teſtis, & Hoſtis erit.
Omnia ſed noris quæcunq; fuêre decora
Cum Iabłonowſki cuncta peracta Duce. —
Hic fuit à multis dicti poſt fata Ioannis,
Rex proclamatus, ſprevit at illud onus. —

Præcunctis tamen hunc Sceptrum Regale dicebat
Poſt Clipeum ſummi promeritiq; Ducis.
Hic gradus, ad Sceptrum quo non præſtantior alter
Sed quia confuſus tunc fuit Ordo Statûs.
Ut probus & Sapiens inter diſcrimina tanta
Maluit à tantis litibus èſſe procul.
Cernendo diſcors quod perfida regnet Erynnis,
Contentus propria ſorte recuſat onus.
Spernentes Regnum ſi Reges eligerentur
Felices Gentes qualibet arte forent
Clava Ducis Sceptro Regali proxima cum ſit,
Præfato velut in Rege videre licet.
Hac Rex Electus fuerat ratione Ioannes,
E Duce fit Princeps maximus Imperio.

Auguſtus 2dus *Elector Saxoniæ Dux.* 1698.

NOmine non tantum Rex eſt Auguſtus, & ipſa
Re fuit augendo Pacis amica bona. Poſt

Post Lauros illum merito Mitramq; Ducalem
Regia cum Palmis jure Corona manet.
Non indignus ea quia Cæsaris alter Achilles,
Contra Bistonios ardua bella tulit.
Rex factus Pacem cum Turcis fecit & inde
Non plus excurrit barbara Hersonesus.
Constanter prudens regnat clemensq; Monarcha,
Cumq; domat cunctos, hunc Libitina domat.

Stanislaus Perstein Leßczynski Electus 1mo. *Anno* 1704. *denuo* 1733.

REx quoq; Leszczynski meruit 'nactusq; Coronam,
Annis quam gessit non sine laude Tribus.
Qui Iabłonowska genitus de Stirpe Ducali
Præcipuus Regni qui Palatinus erat.
Cujus Rex natam Ludovicus celta Mariam
Non dedignatus jungere Connubio.

Quid non forma nitens præstat virtutibus altis
Et summos Reges sub sua jura trahit.
At sceptrum cessit quanquam per fortia bella
Inq; vicem recipit quam tenet Austrasiam.
Atticus ut Crassum ne fidum perdat amicum
Perdere malebat Consulis Officium.
Sic Rex ille Probus mavult amittere Sceptrum,
Quam Patriæ fieri per fera bella gravis.
At non amisit sed commutavit ut Hector,
Andromachen quod non possidet absq; metu
Hoc Electivum pro vite tempore cessit
Et Successivum per bona pacta tenet.
Quæ per pacta tenet longe securior illo
Qui discors armis possidet indomitum.
Et quamvis Regno discesserit attamen Illum
Indigena Regni Corde fideq; tenet.

Augu-

Augustus 3tius *Electus Anno* 1734.

AUgustus Cæsar ceu Pacem præstitit Orbi,
Sic hic felici nos quoq; pace beat.
Ut fuit Augustus clarus virtutibus altis
Inde Pater Patriæ jure vocatus erat.
Sic hic virtutum quamvis ratione refulgens.
Libera gens Dominum prædicat esse suum.
Et Patrem Patriæ pariter deprædicat omnis
Perpetuo Regem vivere quisq; cupit.

tertIVs aVgVstVs ter faVsto
sIdere VIVat,
annIs Vt VInCat nestora paCIs
aMans.

MDCCVVVVVVVVVVIIIII.

Ejuſdem SKOP, Notata varia.

Ad Celſiſſimum Ioſephum IABŁONOWSKI Dapiferum M: D: Litt:

Celſiſſime Sacri Romani Imperii Princeps,
Inclite præ reliquis animi virtutibus altis.

In aditum ejus in Domum meam.

SIcut lenta ſolent inter vepreta cupreſſi
Tollere ſe, ſic te merito virtutibus ipſis
Extollis, quibus eſt par nemo ſub æthere noſtro
Indolio Cinicum latitantem ſicut adivit.
Magnus Alexander me generoſus adis.
Major Alexandro tamen hac in parte videris.
Dum Cinico longe ſum miſer Ingenio,
Dignus erat Cinicus proprij quoq; Regis honore,
Quum Princeps fuerit voces & ipſe ſophum.
At me quis neſcit quod ſim Peregrinus inopſq;

In

In Silvis latitans perditus Agricola
Hinc & Alexandri dum me dignaris adire
Eſt longe virtus, grandior ecce Tua.

Idem, Eidem in adventum ejus, Podhorcijs Circa Nativitatem Chriſti.

Celſiſſime Princeps.

ANtipodas Mauroſq; feros Sol prætereundo
Et redeuns veterum tunc novus annus erat.
At nunc Sol Oriens Chriſtus qui naſcitur Orbi,
Chriſtiadis cunctis en novus Annus adeſt.
Et merito ſi quidem Sol hic illuſtrat & Aſtra
Et tenebras Erebri tollit & alleviat.
Hic tibi Sol faveat, ſit ſemper ubique ſerenans
Et tribuat vitæ tempora longa tuæ.
Efficiat pingves cæleſti rore Penates
Sint Cæreris Donis horrea plena tua.

In Cunctis ejus benedictio te comitetur
A qua dependent omnia quæ rata ſint.

Idem Eidem in Abſceſſum Lachowcias Celſiſſime Princeps.

SOlis in abſceſſu cæleſtis quando recedis
Qui ceu Sol nobis fortiter irradias.
Quæſumus ut redeas hoc rurſus Sole faventi
In quavis felix proſperitate nitens.

Celſiſſime Princeps Domine & Patrone Colendiſſime

PArnaſſi multi ſe conſcendiſſe Cacumen
Vana dementes ambitione putant.
Arduus eſt nimium mons hic duplexq; Cacumen
Sed nec ad aſcenſum quilibet aptus erat
Et quum vix medium conſcendant ambitioſi
Decepti ſcopulis ſumma tenere putant.

His

His brevibus commendari Celſiſſimo Principi
Dum cupio permanere ſervus humilimus.

Idem ad Idem Servit.

PUblica qui ſatagit Subſellia ſive Theatra,
Ne ſub cenſura ſit bene proſpiciat.
Attentus nec non ſit circumſpectus in omni
Nam multi naſum Rhinocerotis habent.
Præcipue Uates verbo qui ſæpius uno,
Cæcus ut in lapidem ceſpitat atq; cadit.
Sed ne cenſurans cenſuram certius intrem
Hinc taceo. propriis plus aliena videns.
Hæc Commune licet quod plus aliena nolens
At qui plus aliis ſe notat ille ſapit.

Celſiſſime Sacri Romani Imperij Princeps Domine Clementiſſime.

UT conceſſerunt nunc aſpera Tempora brumæ,
Structa demum Domus eſt fauſta ſit illa velim,

 Fauſta

Fausta futura reor, Tua si Celsissime Princeps
Ut cæpit felix gratia continuet.
Cætera distulimus, melior clementia Cæli
Quo fuerit vel dum tempora grata feret.
Confectus Senio tandem novus incola factus,
Exiguo quamvis tempore decrepitus.
In medijs campis prostans at pace quieta,
Grata mihi quamvis stramine tecta domus.
Unica restat adhuc mihi subsistentia vitæ,
Qua possim Studium continuare meum.
Hæc assignetur, tenuis quantumlibet illa
Sat mihi dum modo sit certa favore tuo.
Tum quoq; Custodem communi more Penatum
In Campis positus supplico solus inops.
Tutior ut possim diris a furibus esse,
Quorum nunc late copia magna datur

Cætera

Cætera transſmittam mea, tempore commodiori
Quæ quantum poſſum corrigo, danda Typo.
Interea dum me commendo, vivere Princeps
Optime, te cupio tempora Matuſalem.

Inſcriptio Arcis Iablonoviani.

A fundamentis hanc Arcem duxit in altum,
Cui Proavi nomen grande dedere ſuum.
Ille Cui Thedis eſt Radivilia juncta,
Non poterat melius jungere Iuno Thorum.
Digna Viro Conjux & Vir eſt Conjuge dignus,
Præcelſa quavis ſunt ratione pares.
Qui duo quamvis ſint in corpore, corde ſed ipſo,
Sunt unum, verus quos ſociavit Amor.
Propitii Superi quavis hos parte beatos,
Efficiant, pellant noxia cuncta procul.
Hanc Arcem Princeps Pruſſorum duxit in altum
E fundamentis nomen & inde venit.

Sed quoniam veniunt Domini Natalia festa,
Ista brevi pariter felicia concino versu.
Angelico cantu Christo nascente sonore
In Cælis resonat gloria summa DEO.
Et pax in terris, iustis qua dulcius est nil
Omni viventi commodiusq; nihil.
Hæc pax Sacra velim felicem servet ubiq;
A Laribusq; tuis arceat omne malum
Efficiat pingues' Cælesti rore Penates
Et tribuat vitæ tempora longa tuæ.
In cunctis Domini benedictio te comitetur
A qua dependent omnia nostra bona.

Illustrissime Domine Capitanee Comes, Sapieha, Celsissimæ Carolinæ de Ducibus Radzivilijs Jabłonoviæ, optimæ spei Fili.

MIchael æthereus Dux & Celleberrimus Heros,
Tutorem Superi quem voluêre suum.

Qui

Qui debellavit cunctos ſuper Aſtra Rebelles
Dira ſuperborum perfida cola domans.
Ambroſiam potum Divorum deſpiciebant,
Detruſit tumidos ad Phlegetontis aquas.
Tu noſter tutor Mæcenas & Benefactor
Et Generis fulcrum firma Columna Statûs.
Hic te defendat clemens tueatur ab omni
Adverſo casû ſit tibi propitius.

In Podhorce Palladium Celſiſſimi.

JUpiter ex alto Tarpeias qui regit Arces
Inter Hamadriadum dum videt arcta loca.
Ingemugit, Domus hæc meliori gente locoq;
Digna fuit ſolo Principe digna ſuo.
Sauromatas altis intectis non juvat eſſe
His Sonipes volitans campus & arma placent.

Celsissime Princeps.

QUam mihi largiris clementer Carior ipsis
Est vestis viridans Herculis exuvijs.
Floreat & vigeat tua Virtus famaq; grandis,
Et tribuant Superi prospera cuncta Tibi.
Quam large refero, tanto tua gratia Major
Quo minus est meritum Conditioq; mea.
Propitius Dominus Tibi det quodcunq; reposcis
A quo dependent optima quæ rata sint.
Vel Optima quæ fuerint, conferat ista tibi.

Ex Ovidio.

DIj tibi sint faciles & opis nullius egentem,
Concedant sortem qualibet arte bonam.

In Romam. Ejusdem SKOP

PLus veteri nova Roma modo consurgit in altum
Aspice quanta, genere verens gens flectat eidem.

Quod

Quod quantiq; Duces, illam ceu numen adorent
Transfreta vaſta maris quæ non movere priores.
Regna ſub ejus ſunt quamvis vaſtiſſima Iure
Majoriq; novam veteri dignantur honore.
Præcipua terræ Regeſq; Duceſq; potentes,
Eſt virtus quædam ſpecialis quæ tenet illam.
Stare diu ſummis quamvis ſit in Orbe negatum
Illa tamen durat, toties ſuppreſſa reſurgit.
Pulchrior ac fuerat ſpeciali Numine quodam
Propitioq; Polo, quamvis tot in Orbe ſuperbæ
Diſpereant Urbes, quarum vix Nomina reſtant.
— Clara fuit Sparte, Claræ micuere Micenæ.
Philoſophis ſummis florebant ſemper Athenæ,
Vile Solum Sparte, claræ periere Micenæ,
Et Pandioniæ quod ſunt niſi Nomen Athenæ.

In Amſtelodamum. Idem.

PActolus aut Hermus vel Tagus quod vehit Aurum
Uno congeſtum hoc noveris eſſe loco.

In

In Moscoviam. Idem

OMnia Regna feerunt aliquid speciale per Orbem
Vel quo præ reliquis Iure superbit humus.
Hoc speciale brevi referam fert Moscua vasta
Quod præter frigus nil speciale ferat.

In Elbingam in Polonia. Idem.

CUm te nemo juvat nec sola resurgere possis
Cur Elbinga tibi non struis ipsa Togam.
Ipse tui Tutor te vendidit improbus Ausis
Ut Iudas, Christum tradidit exitio.

Glikstat alias fortunata Domus, sub qua Rex Sveciæ ictu Tormenti perijt. Idem

URbs Danum felix, infelix facta Svenis,
Dum Regem gestis Hectora sustulerat.
Fortunata Domus fatalis diraq; facta,
Hostibus, at proprijs Civibus auxilium.

Cui

Cui nulla poterat virtute resistere Martis
  Ictu tormenti subdola tollit eum.

Venetiæ. Idem

ORta mari spuma quod sit Venus & Venetorum
  Hæc merito quod sit dixeris orta mari.
Tum quoq; præ reliquis Venetis est semper amica
  Et dici poterit quæq; Puella Venus.
Inde pari ratione favet, Mars fortiter illi —
  Nam Veneri semper fidus amicus erat.

Ji Giardino dell Belvedere. Idem

PArthenium qui non vidit vel Adonis amænum
  In numeris Statuis divitibusq; locum.
Huc petat inueniet mirandis artibus ortum
  Ipse suo Domino qui Labyrinthus erat.
Qui ceu narcissus consumptus fontibus ejus
  Perpetuo quorum captus amore fuit.

Hic ſua Caſtalides Solemnia ducite feſta
Hic quoq; gratus adeſt fons Helico Madum.
Hic inter flores & gratos veris odores
Cantibus immixtis barbita læta ſonent.
Cumq; ſuis Nymphis hic Balnes & ipſa Dianna
Non hac Actæon fervidus inveniet.
In Filias verſi Baucis vetuluſq; Phylemon,
Miraturq; ſuum grande probumq; Genus.
Fructibus è varijs nectat Pomona Corymbos,
Non hac vertumnis Nænia decipiet.
Caſta ſuum fodiens perit hic Lucretia pectus
Crimine Tarquinii victima facta viro.
Inſequitur Phæbus Daphiræ quæ munere Divum
Verſa eſt in Laurum caſta manere volens.
Ad vada Leandri vix tot cernuntur dolores
Errantes undis quod locus iſte tenet.
Roſmaris atq; alij præſertim vere ſereno
Hic redolent flores ſicut in Heſperia.

Aſpi-

Aſpice Rex Atlas quam grandi mole laborent
  Non plus hic peregris denegat hoſpitium.
Hic Philomela ſuos repetit violata dolores,
  De te Rex Atreu perfide conqueritur.
Palma viret ſemper quamvis ſupreſſa reſurgit
  Infracti & juſti pectoris ecce Typpum.
Mens infracta animi fortis non frangitur ullis
  Adverſis, patiens cuncta ſiniſtra domat.
Sed quod præcipuum fuerit dignumq; relatu
  In ſtabulis alacres inveniuntur equi.
Vincere qui poſſent forma curſuq; feroci
  Bellerofonta citum vel Pyreonta ferum.
Cuncta reviviſcunt Metamorphoſis hic patet ipſa,
  Inq; dies formas induit illa novas.
Præ reliquis tandem locus eſt venerabilis ille,
  Exornet Divus quod benedictus eum.
Hunc benedicite locum conſervatum, ſimul illum,
  Qui te Tutorem duxit in iſta loca.

Cun-

Cuncta quis enumeret brevibus ſunt omnia rara
  Innumeri ſumptus atq; laboris opus.
Sint pretioſa licet tamen eſt pretioſior ille.
  Hæc qui fundavit Regibus apta vada,
Regia Progenies veteri de Sangvine Regum
  Halliciæ quo nil Patria majus habet.
Mirandus merito cunctis eſt atq; colendus
  Qui tam præclarum ſtruxerat unus opus.
At ne mireris proprium latitare Sophorum
  Cum ſit tuta quibus pax requieſq; placet.
Qui ſpernit faſtus hic ſolus vivere novit
  Qui probitatis amans vixerit ipſe ſibi.
Dum fera vaſtabant Patriam Civilia bella
  Dum Regni Proceres uſſit Erynnis atrox.
Ut foret immunis de tantis criminis auſis,
  Noluit ambiguis Regibus eſſe nocens.
Elegit flores inter latitare quietus
  Quam lites inter diſſidiaſq; ſtatus.

Plus

Plus Narcissus ei redolens placet ac Hyacinthus
Quam furis Ajax perditus ipse suus.

Inscriptio Columnæ Celsissimo Principi Eugenio Sabaudiæ, Supremo Duci Exercitûs S. Cæsareæ Magestatis.

MAximus in gestis Scipionem sive Camillum
Dixeris ingenuis, en iacet Eugenius.
Cettarum terror confringens Cornua Lunæ
Bistoniæ cunctis unus idemq; fuit.
Erydanum tumidum domuit, Renumq; ferocem
Indomitum misit sub juga Danubium.
Qui tantos toties domuit iam rite quiescit,
Tellus qui meritis felix obire solet.
Fama potens ejus per terras curret & Astra
Illo perdomitus quo fluet Erydanus.

Dux probus atq; idem validis fortissimus armis
Maturo peragens omnia Consilio.
Hinc quis erit digne qui laudes exprimat ejus
Tam genus hoc opere grande talia tace.

Archiepiscopi Cantuariensis ad Stuardum Prætendentem Coronam traductum ex Anglico. per Eundem.

ATtoniti cuncti de summa clade tuorum
Compatimur, qua nil tristius esse potest.
Majori longe Genitor quam pertulit ipse,
Qui ratione pari moverat arma prior.
Qua ratione potest defendere quisq; tenetur
Ingenue fateor seq; suamq; fidem.
Sed videat si Marte nequit par viribus esse,
Hosti ne fiat victima; dissimulet.

Inde

Inde tibi merito fuerat Rex dissimulandum
Tempora quo veniant prosperiora Poli.
Cunctando poteras Te Regem reddere nobis,
In cunctis prudens prospiciendo vijs.
Portus erat belli nulla ratione sinendus,
Qui tibi præsidio subsidioq; fuit,
Quod præceps ratio nequit hoc mora sæpe refecit,
Maturo subdens omnia Iudicio.
Expers Consilij sic res male cessit, & Hector,
Qui primum fueras victima turpis abis.
Non bene fecisti dum ceu lepus inde dedisti
Postposita Martis qualibet arte fugam.
Cunctando poteras Fabij te more tenere,
Promissum quo non te beet auxilium.
Mænia formando poteras subsistere tutus
Plurima quæ fuerant iam tua Littorea.
Imputet ipse sibi qui non vult damna dolosq;
Tempus opportunum dum datur effugere.

Contra

Contra Te cernens Gentes properare potentes,
In loca migrandum fortificata fuit.
Sic prævisa minus feriunt, non differat ullus
Quisquis ad effugium noxia tempus habet.
O Iacobe! modus non hic cum Gente feroci
Asvetæ bellis aggrediendus erat.
Tum sine Consilio Magnatum non decet ut Rex
Surgat ad Arma, negant omnia jura Statûs.
Ad nos tibi fuit comprimis confugiendum,
Omnia cessissent prosperiore modo.
Et non ad Gentes externas quæ tribuendo
Suppetias, avidi propria lucra petunt.
O Regum Soboles tenuisses nunc quoq; sceptra
Si tua bellando Palladis hasta foret.
Plus nunc arte viget bellum quam Marte feroci
Vis fera Taurorum frangitur Ingenio.
vel. Aspice Vis Tauri vincitur Ingenio.

Non

Non bene consuluit quisquis tibi svaserat Arma
Non armis crevit sed pietate fides.
Certior illa fides quæ non compellitur armis
Nulla coacta tibi Turba fidelis erit.
Plus probitas vitæ nec non persvasio prudens
In convertentibus Gentibus efficiunt.
Hic verus victor quisquis devincere novit,
Adversos animos dexteritate sua.
In sua sensa trahens cunctos rationibus æquis,
Quos in amore sui servat amore suo.
Ut furor est inter perversos causa furoris,
Sic amor ingenuos inter amores erit.
Fine bono res quæq; solet violenta carere
Nec durare diu nec fore tuta solet.
Aggrederis bellum nimium temerarius ausis
Impar dum longe viribus arma capis.

Armigerisq; novis veteres superare laboras
Assiduo qui iam pulvere Martis arent.
Arma suis humeris qui iam senuere ferentes
Pax exosa quibus bellaq; sola placent.
Qui noti plus sunt bellantes hostibus ipsis
Quam proprijs laribus, quos nisi castra juvant.
Quis sapiens æquat veteranis quæso Tyrones
Ignaros quo sunt Arma gerenda modo.
Cur te jungis ei, qui cunctis prædominatur
Quiq; tuum Patrem perdidit arte pari.
Illo tuo damno fert Lucrum quando Brittannus,
Abatavis facit hac fraude redire Domum,
Hinc Bruxella cadit pèreunt tot bellica Castra
Hoc victore ferô tu miseranda fugis.
Cum quo bellandum nimis est bene considerandum
Quas inter Gentes quæve futura loca.

Aspera

Aſpera ſæpe ſolet plus hoſtibus ora nocere,
Dum Neptunus atrox transfreta tardat iter.
Si ſimul ad Troiam bello periere decenni
Præcipui Grajum transfreta vaſta Duces.
Terra Decus noſtræ Fidei ſic Sancta perivit
Dum ſuccurſus erat per mare difficilis.
Marte fero Neptunus atrox eſt ſevior auſis
Dum ſunt cum ventis bella gerenda ſimul.
Grandius eſt damnum ſtranges crudelior illa,
Dum borea merſis navibus omne petit.

Militis Hiſpani propria de ſorte querela.

Eiuſdem.

ME miſerum crucior toto ferè tempore vitæ
Nec datur ecce modus nec fas eſt connumerare
Quæ patior diri triſtiſſima victima Martis
Quid mihi cum vita ſi vitæ munia deſunt.

Vivere perpetuo ſi cogor Egenus in Armis
Sub tali melius non naſci Rege fuiſſet.
In cunis qui me Marti ſubſcribit ad Arma
Surripit à Laribus propriis in flore juventæ,
Ut miſer in Caſtris maceror gravitorq; laborem
Perpetiendo graves imbres æſtuſq; ſitimq;
More Canis rabidi tandem trucidatus ab hoſte,
Victima vulturibus fieri canibuſq; per agros.
Pro Patria quod dulce mori pleriq; ſuſurrant
Vivere ſinceros eſt, dulcius inter amicos.
Hic brevibus quod Naſo canit memorare licebit,
Tutius eſt recubare thoro aut habitare Penates,
Et dulcem Cytharam digitis pulſare Lyramq;
Quam Clypeos manibus, vel acutæ Cuſpidis haſtam
Et Galeam compreſſis ſuſtinuiſſe capillis,
I! miſer ut pereas & peſſima perpetiaris.
Cum Tunica veſtes tribus Annis ferre neceſſe
Imbutus laceras & pulvere contaminatas

Hæc

Hæc quoq; ſtrata feres, ſtramen non tempus habetur
    Sæpe jacebis humo, ſtrata ſub vertice veſte
Et tunica tectus, campeſtris ſic tibi lectus.
    Atq; utinam poſſes fieri ſic tutus ab hoſte.
Pallia ſolus eques ſed & hæc fert abbreviata
    Conſvevere modo miſerando omnia Caſtra
Abbreviare, nec eſt fas contradicere, prædas
    Inde ferunt magnas de nobis Officiales.
I! tolerare ſitim ſemper vigilando famemq;
    Quo nihil aſperius qui conſvevere lieo,
Omnia Caſtrorum quamvis tolerantur amara
    At tolerare ſitim res eſt ſuper omnia dura,
I! miſer excubias perſolve, nec Officialis
    Id curat qvamvis jejunus, nam vapulabis,
Ligneus aut Aſinus dorſo torquebit acuto.
    Vade dato ſigno ſis ſemper ad omne paratus
Tympana dum reſonant, properando deſere cuncta
    Et quamvis videas quod ſis periturus, eundum.

Et quamvis animus desit tamen ille parandus
Territ ilis cunctis & fervidus expedit ut sis.
Si fugias laqueo mox ut capiare peribis
Aut ad perpetuos gravius quod morte Tryremes
Condemnatus abi Neptuno victima turpis
In medijs Pelagi marcesces Tantalus undis.
In campis, Castrisq;, miser sitiendo peribis.
Si Monachus fias, Mars hac eluditur arte.
Perpetuum fies sic quoq; mancipium
Incidis in Scyllam cupiens vitare charybdim.
Privabunt opibus, te tria vota tuis.
Castitatis, Sponsâ, paupertatis & ære.
Dum omnia Præpositi, subq; ponenda pede.
Obedientiæ & ipso te tibinis admissa privatis,
Et quæ tu aquires his spoliatus eris.
In cunctis rebus ceu milles mortificaris
Expedit ut facias quomodocunq; iubent.
I! mendicatum qui prædia nuper habebas, Va-

Vade pedes, nuper quem recreabat equus
Iejuna ſemper nec fas eſt carnibus uti.
Sic velut in Caſtris ſæpe bibuntur aquæ.
Milles ut in Caſtris fit ſubditus Officiali
Præpoſito Monachus ſubditur omnis inops.
Diſparitas tamen eſt, in Clauſtris Religioſus
Sponte ſua veniens omnia tuta facit.
Quæ probitatis erunt non quæ ſunt marte cruenta
Inviſa juſtus nil feritate facit.
Quidquid agit totum placide virtutis amore,
Obſequium cunctis præſtat ubiq; pium.
Mercedem refert pia poſt ſua fata laboris,
Sponte ſua quem fert Pauper amore Dei.
E contra miles vi raptus munia nulla
Virtutum nocens contra coactus agit.
Quidquid agit rigidus nil fit virtutis amore,
Caſtrorum pœnæ cuncta timore facit.
Hinc brevibus vanas milles facit haſce querelas Iu-

Iuſta ſcias ratio quod cupit ipſa ſtatus.

Equa minus quamvis Regum mandata ferenda

Quæ Princeps mandat omnia juſta ſcias.

Qua ratione poteſt defendere quiſq; tenetur

Hoſtibus adverſis, ſeq; ſuumq; ſtatum.

Non decet ut mortem metuat cui Martia ſors eſt

Sit ſemper Milles fortis & impavidus.

Et quamvis animus deſit tamen ille parandus

Terribilis cunctis feruidus ut ſit opus.

Dum ferus hoſtis adeſt eſt hoſtia certa futura

Victima de victis hoſtibus equa venit.

Pallas cum Iunone contra Venerem. Ejuſdem.

OMnis contemptus quum non ſit diſſimulandus,

Caſtiganda ſimul quum ſit fallacia quævis,

Conquæritur Pallas Cerebro prognata Tonantis,

Sed Cerebro caruit dum fecerat haſce querelas

Ante

Ante Coriphæum qui tanti Criminis Author
Primus erat, Venerem qui pluris ſemper habebat.
In propria cauſa nam Iudex non decet ut ſit,
Cum Iunone ſimul quæ conjux fida relati
Semper erat, quamvis infidus ſæpius ille
Poſceret externas & multas laudaret arte
Sæpius in varias ſeſe formando figuras.
Hinc Iudex Cauſæ prætendunt ut ſit earum.
En verſata Venus quæ cunctos fallere novit
Illecebris confiſa ſuis formæq; nitenti
Arbitrio Paridis vecors eluſerit illas
Contempſitq; quibus primatus dandus ubiq;
Ignarum rerum Iuvenem ſeduxit eumq;
Blanditijs cæpit, quia ſic plerumq; Iuventus
Fallitur & capitur formæ ſeducta nitore.
Inde petunt Cauſam juſtam tueatur earum
Iupiter, ipſe cui per quam ſunt omnia nota.
Primatum merito meruit Celleberrima Pallas

E Cerebro prognata Iovis ſapientia Patris,
Et Iuno Conjux ejuſdem prima Tonantis,
Cypria ſqualenti de Concha nata ſuperbit,
Quæ fuerat fallax ſummorum Cauſa malorum
Et nunc eſſe ſolet longe lateq; per Orbem,
In Cælis ipſis ſuperos temeraria ludit.
Ipſe nec eſt tutus Mars ſed nec Delphicus ipſe
Omnia quantumvis præноſcat decipit illum,
Nil illi proſunt auguria pallet amore,
Ut compeſcat eam, de Cælis pellat iniquam.
Iuno ſuperba Thoro cum Pallade fortiter inſtant
Quæ ſummas lites generat fraudeſq; neceſq;
Illa creare ſolet Regeſq; Duceſq; Sophoſq;
Præſertim Iuvenes tantos ad Tartara mittit,
Expedit ut fallax illuc mittatur & ipſa.
Trans Styga trans Erebrum pellatur, nam ſimul Illa
Commovit Plutum quod ſit Proſerpina rapta.
Quid multis opus eſt: non eſt lex æquior ulla, Quam

Quam ſimul ut pereant Authores criminis ipſi.
Cauſa eſt in cunctis primaria conſideranda
Efficiens hæc eſt cujuslibet entis erigo.
Aſſignata dies dirimi qua Iurgia tanta
Debebat patiens ſed Iuno diſſimulabat.
Difficilem cernens cunctorum forte futurum
Palladeo faſtioſa prudentior inde probata.
Iupiter hanc cauſam Veneris conamine ductus
Tempus in ulterius verſutus tranſtulit auſu.
Abſq; gravi Cauſa facta eſt dilatio Cauſæ,
Ut fieri nunc ſæpe ſolet mediante favore
Illorum quorum Perſonæ pluris habentur
Quam Themis alma, quibus prætio poſtponit æquum
Quam damnare nequit cauſam mens perfida difert,
Quæ dilata ſolet cum tempore ſæpe perire.
Immemores quod ſint ſimul hi ſub Iudice Summo
Ioſaphat ad Vallem qui ſtricte cuncta rependet,
Nullus ubi reſpectus erit dilatio nulla.

Ut

Ut Pallas vidit quæ prudens prævidet omne.
Quod iustæ Causæ dilatio fiat iniqua
Absq; gravi Causa, nimis indignata recessit
Imponens Galeam capiti rapit otius hastam.
Huc agit ad Venerem descende Scelesta duello
Quæ me spernabas velut ipsa peribis arena
Sic scelerata tua simul ambitione peribis.
Præfulgens Armis in Arenam provocat illam
Pectore nuda Venus descendit Vertice Laurum
Pro Galea gestans,auratis fronte Capillis
In statione sua crispis de more moderno
In Niveo fulgent Eoa monilia Colo.
In manibus Palmam pro larma fert in Arenam,
Plus animosa suis confidens corporis Umbris
Quam Pallas ferro tanta est fiducia formæ.
Iupiter obstupuit, clamat quo tendis amantes.
Non hic invenies? cur non fers tu simul Armam
Et Galeam Capiti quid agis miseranda peribis! Cy-

Cypria reſpondit: ſic me decet & juvat eſſe:
Sic ego conſvevi plus Pallade ferre Triumphos
Ingenti fructu noctu quoq; belligerando
Pectore cum quovis concurro ſemper aperto
Mox aderit Pharetratus amor qui vincere cunctos
Conſvevit; dantur, qui me tueantur amantes
Palladios ipſos habeo mea ſigna ſequentes
Qui ſunt præ reliquis mihi fidi crede Sodales.
Sit Galeata licet vincam temeraria Pallas
Mars armatus erat tamen eſt ſub retia miſſus.
Continuo veniunt ejus ceu grando Sodales,
Præſertim proprios cernendo Minerva clientes.
Contra ſe ſtantes proiectis protinus armis
Admirata nimis ſimul indignata receſſit.

Venus contra Palladem
Ejus defenſor Neptunus Mars & Apollo.
Eiuſdem.

UT nihil ex quavis cenſetur parte beatum,
Sic nihil ex omni fertur ratione nocivum.
Optima ſint, mala ſunt hæc, ſi ſint immoderata
At ſi ſervetur modus & velut exigit uſus
Sunt bona: ſic Venus eſt bona ſi moderata decenſq;
Namq; voluptates: comendat rarior uſus.
Quam Superi Cauſas concedunt poſteritatis.
Ecce nihil melius datur utiliuſq; Calore
Qui tamen excedens ſuperat quæcunq; nociva.
Sic Venus excedens nocet & bona, ſi moderata
Utilitate ſua ſuperat bona cuncta ſub Aſtris,
Aſſidua renovans viventia poſteritate,
Nec Superis qui Thura daret, nec Pallados artes
Qui coleret (licet hæc in eam conſurgat) adeſſet,

Hinc ingrata nimis Pallas consurgit in illam.
Nec scelus hoc ullum Veneris formosius esse
Quod cupiat, quum sit revera munere formæ
Præscindo dotes alias, præstantior omni
Nec fastu proprio laudem prætendit, it omnis
Comprobat illius quicunq; tenetur amore.
Arbitrio Paridis ne dum formosa probatur
Verum cunctorum, qui cognovere faventem
Ipse favor Veneris trahit ad se fortiter omnes.
Et miser est quisquis nunquam cognovit eandem.
Fortius hanc quærit, vivens perfectius omne
In terris Cælisq; simul, Mars Delficus Ipse,
Cujus semper erant auguria vera fatetur.
Iupiter ipse demum Thalamis uxore relicta
Ejus in amplexus ruit & clam sæpe recumbit
Cum Læda Clymene Danæè sunt testis & Ino.
Europam specie decepit nando Iuvenci
Cujus ab auspicijs nomen pars hæc tenet Orbis,

In qualibus & Veneris tandem ſolemnia fiunt
Hinc Venerem cuncti quicunq; fruuntur eadem
Hanc ſibi proficuam Generis virtute fatentur.
Tum quoq; primatum tantum prætendit in æris
Duntaxat forma quæ tempore diſperit ipſo
At Titulos alios ſummos concedit eiſdem
Grande Decus nimis eſt ſapientia, Pallas iniqua.
Quid plus prætendit præſumptu grandius hæc eſt
Quam Veneris formæ quæ laudem non niſi quærit
Nec tantum munus præcellens invidet illi
Theſarus quo non alius ſapientia major
Quid plus prætendit nimium temeraria Pallas
At Commune nimis ſapientibus hocce, quod eſſe
Primi prætendant quamvis dementia ſumma
Qui plus prætendit propria virtute ſtatuq;,
Hic non eſt Sapiens, hinc Pallas deſipit ipſa
Mageſtas Iunonis erit præſtantior omni
Theſauro, nec non Regali quovis honore, Con-

Convenit hæc ſolis Superis ſoliſq; Monarchis
At formæ ſpecies Pueris vaniſq; puellis
Ut flos in Campis, quæ tempore diſperit ipſo.
Cur ergo invideant Illi majora tenentes.
At Iuno prudens hæc omnia diſſimulabat,
Pallade qua cauſa prudentior eſſe probatur,
Hinc Superi Pallas de tantis criminis auſis
Promeritas pænas ſolvat, tollatur ab Aſtris.
Hanc infeſtantem Talionis pæna ſequatur,
Infeſtare ferox quod tam præſumpſerit Armis.
Imbellem Venerem teneram minimumq; nocentem
Ac quia præſumpſit ſuperior turbare ſceleſta.
Publica de cunctis his deprecatio fiat.
Quod ſi victa Venus cecidiſſet, quanta tuliſſet
Damna per immenſum vacuus ſine gentibus Orbis
Deficiente Thoro Veneris genus omne periret,

Grata cuiq; Venus ſimul ejus grata voluptas.
Quam Superi dederant viventibus omnibus ecce
Ergo ut collaudentur per ſæcula dedere.
Diſpereat ſemper qui torva fronte rigeſcit.
Naſcitur indigne per quem non naſcitur alter
Indigne vivit per quem non vivit alter.

Mars pro parte Veneris. Ejuſdem

SYderei Proceres quorum non ultimus adſum,
Hoc cupio ſerio ne Cypria deſpiciatur.
Hanc quisquis ſpernit me ſpernit nam ſumus unum.
Neſcio multa loqui. non ſum facundus, & Armis
Exſupero cunctos, melior mihi dextera lingua eſt,
Hanc mihi quisquis erit contrarius experietur.
Dum modo pugnando ſuperem non curo loquellas
Quæ nihil aut modicum proſunt, vos vincite verbis.
Id

Id faciam quo fert animus gerosus in armis,
Me monstrabo Ducem factis & viribus ipsis.
Quid peto cum tanta verborum lite superba,
His ego mox finem faciam mucrone reducto.
Multa solent multi vanis defendere verbis,
Sed si quis veniat præstantior ense tacebunt.
Quid prodest vanis tempus consumere verbis
Quod brevibus poterit finiri munere ferri.
Est ratio contra perversos optima ferrum,
Qui dirimit Litem framea non multa loquendo,
Optimus ille Sophus; non plus caput ense recisum
Contra te: stabit; solvetur quæstio tota.

Delphinus Delphinæ Salutem.
Ab eodem Skop recensita.

UT Caræ Sponsæ Sponsus transmitto salutem,
Mittere rem si quis qua caret ipse potest.

Nil abſente mihi te, gratum ſum velut æger,
Optima quamvis ſint fercula nulla placent.
Cynthia cara veni cur Endimiona moraris,
Te ſine longa mihi quæq; graviſq; dies.
Phoſphore cur tardas? radians cur anxia noſtra
Pectora non relevas, te ſine deficiunt.
Cara Sopheja veni quid Thædia noſtra moraris,
Iam te redde mihi, me quoq; redde Tibi.
Te Ioſephan decet merito vocitare Iopheja,
Quæ nedum formæ dote ſuperba nites.
Sed quoq; virtutum quavis ratione refulges,
Lis eſt cum forma magna Pudicitiæ.
Et tandem merito fas ſit vocitare Syrenam,
Tempora quæ tandem noſtra ſerena facis.
Grande Decus Generis quavis virtute ſerenans
Et tandem forma quæ duo rara nimis.

Hinc

Hinc poſtquam tetigere tuæ mea pectora flammæ,
Sum factus votis omnibus ecce tuus.
Et licet in Patria videar tellure morari,
Parte tamen tecum ſum potiore mei.
Aſſiduo præſens animo tibi ſemper inhæret
Mens mea, ſim diſtans quamlibet ecce tibi.
A ſe diſtantes cor non concedit amantes
Proximus omnis amans nocte dieq; cupit.
O! quoties longe per inania ſomnia noctis
Blanda tui ſenſus ludit Imago meos.
Hinc quisquis noſtro mea ſors te tardat amore
In nobis meriti non habet ille locum.
Indignor merito nobis injuria quum ſit,
Diſpereat qui te tardat inire viam.
Sive Paternorum dulcedo innata Penatum
Quæ meliora piger quilibet eſſe putat.
Sive favor Fratrum ſeu Nænia blanda Sororum
Quo nihil eſt majus, ſive Parentis amor,

Sive Piæ Matris mæror fletuſq; moretur
  Matre nihil natis carius eſſe ſolet.
Nec cum ſupremo luctari dolore recedens
  Poſt dicens mater omnibus hisce vale.
Parco ſed indignor corrumpi fletibus illas,
  Quas cupio gratas ſemper adeſſe genas.
Et vereor ne forte tuos corrumpet ocellos
  Vanus & immodicus fletus amanda tuus.
Parce velim lachrimis & ſic mihi tum tibi parce
  Deprecor omne tuum Grande favenſq; Genus.
Iam te dimittant oculis ſed pectore ſervent
  Meq; ſimul, Thalamus quos facit unus idem.
Ut citius venias quantum vellem eſſe minores
  Ipſe meos fines Saxoniæq; tuæ.
Ne ſpatioſa diu venientem Regna morentur
  Hæc ſunt comprimis vota Sopheia mea.
At ſi quo major pro Majeſtate Parentis
  Gens fuerit quamvis tardet id omne placet.

Dedale Cæratas mihi confer quamlibet alas
Te propere quum ſi transfreta vaſta petam.
Id quoq; fata negant ſed quid præcor eſt faciendum
Expectata diu dum mihi cara dies.
Tempora ſi numeres bene quæ numeramus amantes
Non venit ante ſuum noſtra quærela diem.
Hoc ſolo noſtros juſtos ſicabor dolores,
In cauſa quod non ſit tua deſidia.
Si poſſes ad me, mea Vita venire venires,
Sed faciunt Brumæ tempora dura moram.
Indignor talis quod ſis prognata ſub iſto
Sydere Nymboſo, frigore perpetuo.
Tempora ſed venient noſtro meliora ſub Axe
Non hic tam Boreas aſpera Regna tenet.
Quod præcor ut properes ubi ne dum gratior aura
Sed quoq; gens non eſt ſub Licaone ſata.
In reliquo mea vita meo quæ ſcribo referre,
Optarem mæſtus latius ore tibi.

Nil mihi reſcribas non reſcribendo venito,
Nil mihi te ſola gratius, appropera.

Delphina Delphino.

MÆſta ſuo Sponſo tranſmittit Sponſa ſalutem.
Hoc abſente gravis quod ſit & ipſa ſibi.
Quos mihi teſtaris ceu fidus amicus amores,
Hos licet ignorem gratius omne fero.
Neſcio quid ſit amor Virgo, ſed amore Parentum
Legitimo reverens ut pia nata feror.
Hi quia me tibi iam donarunt, te venerabor,
Meq; tibi facilem prout decet invenies.
Expedit atq; decet quamvis neſcire Puellam
Legitime natam quid ſit & umbra Viri.
Solus honoris amor me ſuſtinet & Pietatis
Quæ mihi ſola placet iuncta Pudicitiæ.
Cætera quid memorem non novi præter id unum
Ut fido Sponſo ſum tibi fida vale.

Hæc

Hæc vera eſt Littera quam poſtea applicavit,
Mitto haracteres ſinceræ pignora dextræ,
Pro ſponſa Cupido ſerviat ipſa manus,
Ingenue fateor mutuo torquemur inani
Vulnere quod mutuus nos facit inter amor.
Hinc quod ad externos tardem quia Virgo Penates
Virginibus decus eſt lauſq; latere Domi.
Tum ſimul aſperitas Hyemis quæ noxia cunctis,
Fæmina ſit quamvis mollior inde riget.
Hæc nos urſa nimis torquet glacialis in arcto
Hæc nimis arcta nocet cunctis animantibus urſa.
Præſertim Brumæ tempora dira nimis
Tum quoq; præcipui me tardant ſanguine juncti,
Sanatuſq; ſoli quemq; moratur amor.
Neſcio quid natale ſolum dulcedinis in ſe
Continet, immemores non ſinit eſſe ſui.
Tu tamen es nobis Patria præſtantior ipſa,
Tu mihi iam proprio Sponſe Parente prior.

Non Fratrum tardabit amor, nexuſq; Sororum,
Non Pater aut Genitrix quæ quia vera dolet.
Ut brevibus referam cunctas ſine crimine Cauſas,
Tu ſimul es noſtræ maxima cauſa moræ.
Ut fatear brevibus tu noſtri Cauſa laboris
Tu noſtræ Princeps maxima cauſa moræ.
Regia Conditio Rhædarum Poſtilionis
Privato currû non decet ut veniam.
Si non excellens ſummis virtutibus eſſes,
Nam virtute nihil grandius eſſe puto.
Es Primogenitus Supremi Regis in Orbe,
Regnorum cujus te quoq; Sceptra manent.
Ad tam præcelſum ſummis virtutibus altum
Eſt montem, nimium tarda graviſq; via.
Inde gravi decet ut vadam comitata Cohorte,
His cunctis gravibus fit grave rebus iter.
Donec Regna tuis tranſcendo ſubdita Sceptris,
Exigit immenſas hæc via longa moras.

Indi-

Indignare tuis igitur Rex maxime Regnis,
Grandia quæ cûm ſint eſt via tarda ſimul.
Progredimur lentè quia ſic attingere metam,
Credimus optatam tutius abſq; malo.
Curribus in gravibus longinquas continuare,
Longa nimis prohibet Bruma breviſq; dies.
Scribere plura libet ſed plura referre volentem,
Signa via dando non ſinit ecce Tuba.
Interea Princeps ſine te quod habere recuſo,
Ferre quod ipſa brevi ſpero remitto vale.

Sereniſſimæ Delphinæ Dreſna recedenti valedictio ab Amicis. Ab eodem recenſita.

PErge bonis avibus Delphino Sponſa potenti,
Perge decens Regis Regia virgo Thoro.
Te clamor Populi Procerumq; ſequuntur amores,
Perpetuo tecum quiſq; manere cupit.
Fac modo concedas una ſimul ibimus omnes
Ingens Saxoniæ Sarmatiæq; decus.

Attamen è multis felices ecce ſequuntur,
Præcipui Regni te comitando Duces.
Thædia præſentes minuendo longa viarum,
Ne mærore pio pars vacet ulla tuo.
Cum tamen invitos ſuprema coegerit hora
O! dulcis Regum dicere nata vale,
Lis erit alta nimis cum Majeſtate dolori?
Ipſeq; certabit cum ratione dolor.
Effectus vincet rationem Corq; Parentum,
Non ſinet hoc Sceptri te meminiſſe ſui
Majeſtas Patrem ſuſpiria ferre vetabit.
Innatus ſed amor Patris ad illa trahit.
Conditio quamvis tum Sors ſuprema Potentum,
Non decet ut Reges triſtia corda ferant.
Exigit at pietas illud ſincera Paterna
Ut doleat ſoboles dum capit ecce vias,
Inde velim ne ſis Genitoris cauſa doloris
Ora velim lachrimis ſint moderata tua.

Secreto

Secreto retinens juſtos in Corde dolores
Triſtitiam vultu diſſimulando tuo.
Quam ratione Thori Supremi Regis iniſti
Fortunæ præſtat Te meminiſſe Tuæ.
Per Sponſi non dum notos obteſtor amores
Qui quamvis diſtans ſit, tamen ecce favet.
A te duntaxat diſtat ratione viarum,
Corde ſed eſt fido proximus ille Tibi.
Maxima Te fortuna manet quam Virgo mereris,
Horum cunctorum Te meminiſſe decet.
Ne quæſo ſeriem laudum contemne tuarum,
Fama potens quarum transfreta vaſta volat.
Confer te ſorti ſis ſemper fronte ſerena,
Mærorem cordis qualibet arte fuge.
Sic luctus etiam poteris relevare Parentum
Cor quorum merito luget amore tui.
Tu quoq; ne nobis addas plorando dolorem
Triſtitiam vultu diſſimulato tuo.

Non ad triſtitiam tuus eſt pulcherrima vultus
Quó junctos recreas lætificaſq; magis.
Ne quæſo doleas verbis ſolatia miſce
Conformis genio ſic erit Aula tuo.
Te per fortunam proprij tum Sceptra Parentis
Affectum Matris blanditiaſq; ſimul.
Per Sponſi non dum notos obteſtor amores.
Qui quamvis diſtans te reverenrer amat.
A te duntaxat diſtat ratione viarum
Corde tamen fido proximus ille tibi.
Crede quod ex omni ſis Virgo parte beata
Spes quod ſis Regum magna futura Parens.
Nata Thoro Regum Regis iam nupta recedis
Cui par ſub toto Sydere nemo datur.
Sarmatiam Genitor juſtoq; pieq; gubernat
Inde Pāter Patriæ jure vocandus erit.
Auſtriaca probitate nitet tua Regia virtus
Cæleſtibus merito connumeranda manet.

Dum Te Delphino Superi junxere, volebant
Te monſtrare Decus Gentibus eximium.
Summorum Regna prognatæ dicere fas eſt,
Vincuntur forma bella Sopheja tua.
Te Ioſepha voçant Ioſephi Cæſaris ejus
Proneptim cujus ſama per aſtra volat.
Es felix titulis tamen hæc eſt maxima Laudum
Quod ſis tam magno conciliata Thoro.
Spes eſt quod pacem quæ tanto tempore preſſa,
Nunc Europa caret te mediante feret.
Spes Gallo tandem poſt tot diſcrimina belli
Iunctus amicitia quod Iovis ales erit.
Et tandem ſpes eſt quod Regis ſangvine junctos
Efficies animi dexteritate ſuos.
Quos inter belli triſtis regnabat Erynnis,
Hoc Lauro pacis vincitur alma Themis.

 Quatuor

Quatuor Partes Mundi.

Ab eodem Skop in Palatio Podhorecensi depictæ & subscriptæ.

E U R O P A.

MOlle minor quamvis tribus hæc sit Partibus Orbis
Attamen est Major qualibet arte boni.
Artibus ingenuis præcellens Armigerisq;
Exsuperat reliquas dexteritate sua.
Nobilitate statûs præsignis divitijsq;
Fertilitate soli, temperieq; Poli.

A S I A.

MAxima pars Terræ quæ barbara dira rapinis
Asvevit Prædis vivere perpetuis.
Quæ præter Persas Hominum vix nomine digna
Plus similis brutis Indomitisq; feris.
Hinc Asiam poteris asinam vocitare vel inde
Quod sit ingenuis artibus illa rudis.

AFRI-

A F R I C A.

PLena venenatis animantibus atq; nocivis
Tellus, quod nili torrida zona parit.
Montibus aſſiduis & vaſtis turpis arenis
Dura viatori, plena latrocinijs.
Efferra ſic merito vocitabitur Africa vaſta
Sole ſitu viperis barbarieq; ſua.

A M E R I C A.

HIc Neptunus atrox Balenis prædominatur
Atq; Syrenarum fert ſua jura Thetis.
Gens trans Oceani vaſtiſſima littora plus eſt
Vel deſidioſa rapax aſſimilanda feris.
In medijs igitur dic quod ſit America Lymphis
Gentibus externis quod ſit amara nimis.

JANUARIUS.

A Iano primo veterum summoq; Deorum
Mensis ab Ausonijs hic vocitatus erat.
Ianiculam Larij voluere proinde vocari
Italiam, quæ jam Ianua magna nimis
Iane faveto biceps qui te coluere Quirinis,
Christiadis veris Iane faveto triceps.

FEBRUARIUS.

FEbrua Romani dixere piacula Primi
Defunctis Proavis nunc pia Thura dabant.
Hæc Paganorum pietas fuit inviolata
Impia posteritas quam violare solet.

MARTIUS.

MArtius armorum Rex est mera prælia spirat,
Non soliti fortes figere Castra Duces.

Nunc alacres ad bella ſolent procedere Reges
Fortunæ metuant flore cadente ſuæ.
Fortius omne viget quidquid generatur in iſto
Menſe, Venus Marti ſemper amica fuit.
Et Segetes quæ nunc terræ mandantur & Arbor
Cunctaq; virtutis proſperioris erunt.

APRILIS.

ARmigeris portas ad Campos ſemper apertas
Servabant veteres agricoliſq; ſimul.
Conſvevere quibus de more procedere cuncti
Ut proprium cuivis continuetur opus.
Tum quia nunc aperitur humus ſic jure vetuſtas
Aprilem Menſem denominavit eum.
Nunc redeunt ad Aratra boves nunc Campus apertus
Cernitur in quavis gente laborè fera.

MAJUS.

MAjus amœnus adeſt quo majus nil habet Orbis
Qui recreat cunctos gratus odore ſuo.
Paſcua grata favet Pecori, Phylomela ſonore
Et reliquæ volucres nidificando canunt.
Nunc aptas æger medicinis colliget herbas
Se juvat omnis inops qua parte poteſt.

JUNIUS.

JUnius eſt proſper quavis ratione Iuventæ,
Nunc quodvis gaudet, Prole tumetq; Genus.
Iunoni nunc Sacra canunt Solemnia nuptæ,
Ut partu ditent proſperiore viros.

JULIUS.

JUlius hunc Cæſar proprio cognomine ſanxit.
Quum ſuperet cunctos fertilitate ſua,
Floribus eſt Majus præſtans, præſtantior hic eſt,
Nam Floram ſuperat fructibus alma Ceres.

AUGUSTUS.

AUguſtus pariter voluit vocitare relatum
Hunc menſem, quum ſit prædicus ille bonis.
Perpetuum nomen ſic prefert Cæſar uterq;
Fama fuit Cura maxima Principibus.

SEPTEMBER.

HIc menſis Bromio ſacratus vina coronat
In medijs Cyathis orgia læta ſonant
Sacra ſimul Cereris quinquatria nunc celebrantur
Nam Bromius Cereri ſemper amicus erat.

OCTOBER.

October ſtatuit perfecto cuncta ſtatuto
Divitijs Cereris jam loca cuncta placent
Qui tempeſtive ſua colligit & ſine damno
Hic in vivendi rebus ut octo ſapit.

N O V E M B E R.

E Campis Caſtriſq; Duces properare videmus
Qui redit incolumis ſat bene facit iter.
Armiger è campis repetit redeundo novennas
Et decimas repetunt nunc quoq; Præsbyteri.
Quæq; per æſtatem duro ſunt parta labore
Mille modis miſero contribuenda manent.

D E C E M B E R.

OMnia jam conſtringit hyems minuitq; noverca
Et quemvis cogit ſæva latere Domi.
Quod ex labore gravi dederat clementia Cæli
Ejus diſceſſu frigida Bruma vorat.

Derivatio Hebdomadæ à 7. Planetis. Labbe.

PRima dies Solis Lunæ altera, tertia Martis
Quarta eſt Mercurij, feria Quinta Iovis.

Sexta

Sexta dies Veneris, Saturni ſeptima Lux eſt.
Contingit vero feria nulla Deo.

Caſimirus magnus amore captus cujuſdam Puellæ Judeæ. Ejuſdem.

REx velut Aſverus teneram dilexerat Eſter,
Eſter Iudæam ſic Caſimirus amat.
Magnus uterq; fuit geſtis, ſed amoris, iniquis
Illecebris, famam Stemmaq; diminuit.

Epitafium Reginæ Borſiæ Thereſſiæ.

SI locum virtus habet inter aſtra
Sedis Aſtreæ ſpatium tenebis
O Decus noſtrum prætiumq; Regni
Prima Boruſſi.
Prima non tantum numero ſed ipſis.
Prima virtutum meritis ſerenans.
Atq; Regalis pretioſa Gemma
Stemmatis Author

Iulium Sydus noviter repertum
Sicut in Cælis radians ſerenat
Sic tuæ vitæ probitate fulges
de ſuper Aſtra.
Hæcce virtutis ratio repoſcit
Hic locus cunctis propius beatis.
Morte qui juſti periere Terris
ſi periere.
Parte nam vitæ meliore vivunt.
Signa Cæleſtis Domini ſequuntur.
Si velut tu nunc ſequeris Beata
facta per ævum.
Hic demum noſtris veneranda ſemper
Cordibus vives lachrymis obortis
Laudibus totum meritis per ævum
Maxima vives.

Roma velut quondam decimæ ſub nomine muſæ
Eudociæ ſtatuam juſſerat eſſe ſacram,
Reſtat ut undecimæ ſtatuam ſub nomine Muſæ
Conſecret æternum Marchica Roma tibi.

Epi-

Epitaphion Jllustrissimæ Dominæ Mariannæ Dzieduszycka Præfectæ Stabuli, Cujus Maritus Jabłonoviâ natus. Ejusdem.

SI locum virtus habet inter Astra
Sedis Astreæ spatium tenebis
Cujus in Terris fueras fidelis
Semper amica.

Vera virtutum fueras Imago,
Quilibet de te merito fatetur
Per dies vitæ sociata Iustis
Inde conformis fueras ejsdem
Munere vitæ.

Mater Insignis fuit Orphanorum,
Atq; cunctorum probitate vitæ
Qui tribus votis Domino dicantur,
Grande Iuvamen.

Omnibus magnum perit ecce fulcrum
Si perit quisquis probitate firmus,
His magis Mundi tenebris Superna
Præmeditantur.

Vineam Chriſti ſedulo rigabat
Fortiter cunctos in ea juvando
Omnibus quidquid fuerat neceſſum
Suppeditando.

Multa præſtabat miſerando preſſis
Plura fundabat loca Sacra Divis,
Qui pari grati ſoliti referre
Cuncta tenore

Nulla lux Aulæ fuit abſq; Miſſa.
Quam Potens Princeps comitata cunctis
Audijt ſemper reverenter alta
Mente repoſta.

Nulla

Nulla lux mensæ fuit absq; vino
Cuncta prudenter nimis ordinabat
Quemlibet juxta meritum statumq;
Suscipiebat.

Illius servi Generosa Proles
Prout Olivarum nitidæ novellæ
Aut velut stellæ medijs in Astris
Irradiabant.

Ritæ dispostis laribus bonisq;
Et satisfactis tribuens cuiq;
Id quod Astreæ ratio requirit
Cessit in Astris.

Cuncta præcellens Themidos amica
Lance majori referet proinde
Cessit his terris, bona quo Superna
Participaret.

Corde

Corde ſed mæſto gemitus egenus
Perfero quod nos miſeros relinquas
Qui tibi ſemper fueramus omni
Parte fideles.

Hinc licet te jam fera parca tollit
Quam modis nullis mitigare fas eſt
Te tamen ſemper memori gementes
mente feremus.

Res gravis fidis nimis eſt carere
Rarior quorum modo pars amicis
Unde ſolamen fuit & juvamen
Præſidiumq;

Plura me tardat memorare luctus
Orphanus pono lacrimando pennam
Dum miſer tantam rigido Charonte
Perfero pænam.

Hæc

Hæc demum fas ſit brevibus referre,
Sunt tua laudes meritis potentes
Latius cunctis referant Typoq;
vivere tradant.

Elegiacon in Eadem Ejuſdem.

PHhæbus ut irradians inter Cæleſtia Signa
Præcellit quovis munere conſpicuus
Hæroidas ſic hæc inter virtutibus altis
Emicuit largis inclyta muneribus
Præſertim cunctos cujusvis Spirituales
Ordinis in ſummo ſemper honore tulit
Subſidium vitæ clementer ſuppeditando
Inconſolatus nullus ab hacce redit
Suſcipiens omnes ceu Mater fronte ſerena
Ianua ſuplicibus ſemper aperta fuit
Theſaurisabat Theſauros non perituros
Omnia diſtribuens mitis amore Dei.

Epitalamion Celsissimo Principi Joanni Cajetano Prussio Jabłonowski Velleris Aurei Equiti. Capit: Czechrinensi. Ejusdem

DElphice præcelsis, Himæneis comptus adesto
   Festivam fausto Sidere sume Lyram
Parnassi Princeps cum sis simul orgia læta
   Numina quæ statuunt continuare veni.
Castalides & nunc celebrant solennia magna
   Promptus adesto velim Barbita sume sonans
Cypria plaudendo quæ Præses Connubiorum,
   Lætatur talamum jungere legitimum.
Est facile commune genus sua sub juga ferre.
   At grandes Genios jungere difficile.
Fortius in fortes mittit Puer ille Sagittas
   Nec parcit Ducibus Principibusq; potens.
Digna Viro Conjux & Vir est Conjuge dignus,
   Stemmate præcelso surgit uterq; pari.

Vir

Vir à Pommorum fert nomen origine grande
  Dulcia quæ ſentit qualibet arte ſtatus.
Forſitan Illorum manat genus à Paradiſo,
  Quod ſibi præ reliquis ſanxerat ipſe Deus.
Aut fers â Paridis Pomo pulcherima quale
  Arbitro formæ Cypria ſuſtulerat.
Sponſa dein Sapiens Sapienti ſtemmate ſurgit
  Et veteri quo nil Patria majus habet.
E Cerebro fortaſſe Iovis velut altera Pallas
  Ejus quod virtus ingeniumq; probat.
De meritis taceo quid enim memorare juvabit
  Clarius hoc quivis ſole videre poteſt.
Quod ve ſatis poterit condigne nemo referre,
  Nec mea præſumit talia muſa tenet.
Expedit ut cantus brevior ſit Connubialis
  Letitijs alij dantur in hiſce modi.
Hæc brevibus tantum refero quantum mihi fas eſt
  Ne longo cantu Tædia Tæda ferat.

Stemma Ducale rosis Cælum produxit amænum
Virtutis gratam quovis odore rosam
Velleris aurati merito sibi junxerat Agnus
In cunctis Agnam dotibus eximiam.
Hos Iuno faciat pretiosa Prole beatos
More Patris crescat firma Columna status.
Quam Superi servent felicem tempore longi
In generis fulcrum Præsidiumq; Status.

Ode Iuvenalis quæ censetur ab omnibus pulcherima.

OMnibus in terris quæ sunt à Gadibus usq;
Gangen & Eufraten pauci dignoscere norunt
Vera bona atq; hinc illis adversa sequuntur
Noxia simplicitas Gentis fore prospera censet
Hinc vitam longam fere cunctis fortiter optant
Atq; dies longas sed quid sunt hæc sine pace.

Pace nihil melius ſine qua res quæq; laborant
In cunctiſq; modis ſine pace perivimus omnes
Erumnas quod ſi numeraveris atq; labores
Quos patitur miſerandus homo, tota fere vita.
Martirium longum longam fore dicito vitam
Ne provectus homo tot fert in vertice Crines,
Quod fert adverſos Caſus & damna ſiniſtra
Attamen optamus longævam vivere vitam.
Nam fundamentum cunctorum vita bonorum
Quæ ſunt in terris quamvis ſint plura ſiniſtra
Da ſpatium vitæ da longos Iupiter Annos,
Præ reliquis votis hæc vota expoſcimus omnes
Sed quam continuis tum quantis ægra Senectus
Vexetur morbis, ſi quis perpendat in Orbe.
Horrebit, non hæc quæ fert Suſpiria vulgu
Plurima ſunt hominum diſcrimina pulchrior ille.
Clarior hic geſtis hic eſt robuſtior illo.
Una Senum facies cum voce trementia membra.

Exoſus cunctis nullius proſperitatis,
Cenſetur, quamvis ſit ſeris uſus ab annis
In venis cunctis gelido jam ſanguine torpet
Febre calet ſola, vero calet ille calore.
Morborum numerum quod ſi fortaſſe requiras
Expediam citius quod amaverit Hyppiam Mechos.
Quod Temiſon ægros authumno occiderit uno
Expediam citius quod villas poſſidet illo
Quo tondente mihi Iuveni mea barba ſonabat,
Plutoni cuncti qui Rex eſt divitiarum
Thura ferunt lauris ornant altaria templi
Divitijs ut fundet eos faciatq; beatos
At capti nimium ſimul hi ſunt æris amore
Ignari quod ſint irritamenta malorum
Excecat ſanam rationem dira Cupido
Fortuna plures uti novere ſiniſtra
Quam dextra nunquam ſecura eſt Arca referta
Divitibus ſervi proprijs ſimul inſidiantur.

Quot

Quot quantosq; vides terraq; mariq; perire
Æris amore quibus melius vixisse fuisset.
In proprijs hortis contentariq; quiete.
Sorte sua sudor Genitorum quam tulit illis
Transfreta vasta maris, quam se concredere ventis
Aut rigido Marti qui tantos ad stigia mittit
Ut vix sufficiat numerosos Cymba Charontis
Invigilasse focis fuerat consultius horum
Quos satiare nefas communiter hi satiantur
Fluctibus hos satiat Neptunus avarus avaros
Hinc quærantur opes quas Mars non auferat aut fur
Scilicet ingenuas artes virtutes stipatas
Quæ nisi cum vita tolluntur post quoq; vitam
Docta per ora virum late volitando perennant.
Plus animi dotes quam corporis esse memento,
His securus eris terraq; mariq; viator
His si fundatus fueris post funera vives
Felices quibus mens hæc data desuper utq;

Sunt hujus mundi contemnant illa ſequantur
Æthereis votis quæ nunquam ſunt peritura.

Item ex eodem Juvenali.

PRæcipui ſunt qui tantum ſublimia quærunt
Faſcibus & Trabeis & honoribus invigilantes
Plus vitulis titulos pendentes geſta ſuorum,
Contemptis opibus Proavorum inſidiantes.
Hos animi magni noris genijq; ſuperni
Quorum præ cunctis in honeſto ſola voluptas
Immemores ſummi quod ſint ſublimia ſumptus
Quodve ferant ſemper ſuprema pericula vitæ.
Majores curas expenſas atq; labores
Quisquis amat quæ ſunt ſublimia ſemper egebit.
Huic non ſufficient ſua prædia pinguia quamvis
Omnia quæ florent brevibus deſerta videbis.
Ipſeq; ne tandem re deficiente ſuorum
Defficiet quorum vegetat ſudore timendum.

Jgnari

Ignari rerum multi tolluntur in altum
 Ut lapſu graviore ruant, rariſſimus ille
Qui ſuccurrat eis, odio ſunt namq; ſuperbi
 Hinc veluti Phaeton pereunt nimis alta petendo
Ignorant quos fert ſummos moderare curules
 Dum petit: infirmis nimium ſublimia pennis.
Icarus Icarias nomine fecit aquas,
 Icarus invenit pennas cadit altus ad ima.
Fortius ventis agitatur ingens Pinus
 Et celſæ graviore caſu decidunt turres, [*Horatius*
Feriuntq; ſummos fulmina montes
 In ſe magna ruunt citius, ſummisq; negatum
Stare diu Superos duntaxant ſumma decebunt [*Lucanus*.
 Hinc quicunq; ſapit quæ ſunt ſublimia vitat
Et quamvis potuit conſcendere ſumma recuſat
 Hunc honor inſequitur quisquis contemnit eundem.
Qui ſequitatur eum tumidum contemnit & odit,
 At ſuprema Poli quæ nunquam ſunt peritura

Qui probus affectat vera virtute ſtipatus
Quem non ſollicitant ut vos mundana, nec ullis
Implicitus mundi curis paleſcit & alget,
Illum præ reliquis ſapientem dixeris eſſe,
At quota pars horum quos quamvis veſtibus agni [Skop
Conſpicias tectos revera dixeris hædos
Atq; lupos avidos quos nulla parte ſceleſtos
Fas ſatiare quibus ſi manent Numina Tagi
Pactolus aut Hermus quamvis exundet in auro
Non his ſufficient ſemper majora requirunt.
In medijs Nymphis poſiti ceu Tantalus arént.

Hæc adhuc ex Juvenali adijcere liceat.

PRæcipui ſunt qui ſapientes eſſe requirunt,
At norint omnes quod ſit ſapientia vera
Sola timor Domini quisquis probitate carebit
Deſipit atq; utinam nil ſciret nec didiciſſet.
Ad rectum finem dum non moderatur habenas
Illius Officij cujus director habetur
Præſtita quæ ſibi ſunt malè deducendo talenta. *Itẽ*

Item ad idem Skopus.

SCribendo libros, multos tenet ardor & illos
Nocte dieq; gravis tormentat ſolicitudo
Aſſiduis curis paleſcunt præmeditantes
Ut quæ digna Typo ſint ſcribant, dignaq; lectu.
Expedit ut faciant hæc omnia mente potenter
Attenta gravibus quæ curis obruta ſemper,
Deficit hinc palent miſerandi ſemper & arent
Et ſic pro lucro quod ſperant rarius hocce.
Quamvis cotingant librorum Copia cum ſit
Fortiter attenuant ac perdunt tempora vitæ.
Rarior eſt Libris qui nunc incumbit & illos
Eſtimat & longe Mecenas rarior ille
Qui reddat Pretium dum librum dedicat Author.
Cenſores plures propriæ virtutis habebis
Quam benefactores quos ſperas experiere

Apollo inamoratus in Daphni Nympha.
Perſius.

PArce velim formoſa meas cernendo Sagittas
    Non has armatus contra te porto venando
Apros & Cervos & faunos damna ferentes
    Perſequor, imbelles ſcelus eſt violare Puellas
Cur velut Agna Lupum fugis en ſubſiſte parumper
    Ne cave forte cadas ſine duce me ſequitantem
Vel duo verba tibi non ſum ferus hoſtis, amicus
    Sum tibi ſincerus neſcis, timidiſſima neſcis.
Quem fugias idèoq; fugis ſum Numen in Aſtris
    Præcipui noris, mihi gentes dona ferentes.
Transfreta vaſta Maris venientes magna reportant.
    Tu ſimul omne feres formoſa quodcumq; repoſcis
Dum modo ſubſiſtas noli me Nympha timere,
    Tu me ſola fugis me patieris amantem,
Non his in ſilvis errabis ſola & inter
    Præcipuas Princeps, ſubito numerabere Nymphas.

Illa

Illa fugit ſuperoſq; rogat quo virginitatem
Conſervent ejus, vult ſemper caſta manere.
Vota placent Superis in Laurum vertitur illa,
Delphicus ut vidit nimium admiratus eamq;
Amplectitur dicit nequeam licet ecce potiri
Optato voto tamen es mihi nunc quoq; grata.
Quod præſtare tibi poſſum, præſtabo per Ævum
Portabunt Lauros ex te Regeſq; Duceſq;.
Et Caput ornabunt folijs quibus ecce vireſcis
Caſta manere volens ſervata favore Deorum.
Vota placent Superis quæ ſunt probitatis & illa
Confirmare ſolent quæ cernunt congrua juſtis.

De Principibus ex eodem Perſio.

CUi fortuna dedit vel virtus alta tenere
Eſt opus Officium faciat, quod poſtulat ejus
Expedit ut ſemper meditetur qua ratione
A propriis oris hoſtis pellatur in armis.

Et tempeſtive ſit ſemper ad omne paratus,
Non tunc dum portis temerarius imminet hoſtis,
Collapſas Urbes reſtauret, Caſtraq; firmet,
Armigeris fidis veterarijs ære paratis
Non vi ſureptis ne tradant te fugientes
Perfecti martis qui ſint in qualibet Arte
Et caveat miles Patriam ſine fine tributis
Ne tenuet ne plus noceat quam proſit iniquus
Promeritos Cives conſervet tollat iniquos,
Ne Proceres inter Regni diſcordia fiat,
Quæ quovis ſcelerata ſolet plus hoſte nocere
Ne vertant Cives in propria viſcera ferrum.
Et tandem Regem promulgent eſſe Tyrannum
Inde Pater Patriæ melius vocitetur, id unum
Conſervat tutos in quavis Gente Monarchas.

Hæ deſumpta ſunt ex Statio Poſthumo.

QUi pervenerunt ad ſummum Culmen honoris
Hoc uno poſſunt altius ire modo,

Si

Si ſe ſubmittant, ſe credant eſſe minores
Quam ſint, hæc virtus monſtrat ad aſtra viam.

Romanorum Indignatio militum quod non in Caſtra ducantur. Ab eodem Skop recenſita.

PAx hæc longa nimis nos bello fecit ineptos,
Armigeris veris plerumq; eſt utile bellum,
Tempore ſtans longo frena rècuſat equus,
Tardius id Sonipes torpet non currit ut ante.
Retrogrado Paſſu Claſſicon horret iners.
Armaq; clauſa Domi pereunt rubigine longa
Cum noſtris annis mens animuſq; fugit.
Deditus illecebris Miles peſſumdatus erat
Hoſteq; plus nobis otia noſtra nocent,
Ad Capuam Pænos ceu quondam dira voluptas
Vicerat invictos terq; quaterq; Viros,
Sic nos illecebris & amoribus atq; Lyæo

Vinci-

Vincimur invicti nuper in Orbe Viri,
Transfreta vasta Tyræ translonga Borystenes antra
Transquoq; Danubium Sarmata terribilis
Semper erat, vis est Turcarum fracta, Viennam
Dum voluit trax hanc subdere marte sibi.
At nunc ò facinus loca conservare nequimus
Propria vicinis hostibus oprobrium.
Præreliquis tulit hoc Procerum discordia nobis
Quæ summis fuerat gentibus exitio.
Otia sunt nobis damno nam miles in armis
Algescit, quamvis vana tributa ferat,
Cognitus hostis ei sic velut ante fuit.
Impune totum faciunt fera regnat Erynnis
Plus ratione statum dirigit ambitio.
Sed peto quis fastus aut ausus coriget horum,
Principibus cunctis quod placet hocce licet.
Si licet id quodcunq; libet perit omnis honestas,
Verum si libet id quod licet hoc opus est.

Nobi-

Nobilium Cælum sic Patria nostra vocatur
Afflictis ærebus dicitut agricolis
Civibus oppressis sunt purgatoria vera
Oppida purgantur fortiter assidue.
Hebreis tandem Paradisus dicitur esse
Et tandem Regnum post breve fiet ejs.
Qui ni pellantur nimium nam progenerantur
Non poterit cunctos hoc relevare solum.
Aspice quam crescunt longe lateq; scelesti
Quam nos decipiant fraudibus innumeris.
Hinc illis brevibus cogemur cedere sede.
Aut illi nobis, hoc nisi restat adhuc.

Ex Persio qui Adjunctus erat Iuvenali.

DIcite Pontifices? in templis quid facit Aurum,
Thura placent Superis contritum cor animusq;
Integer à vitijs non curat Iupiter ipse
Pingvia crura Bovum sed pectora candida quærit

Ut Superis dentur cænæ pietatis amore
Vesteq; donentur quos nudos fecit egestas.
Hæc pietas Superis placet istis Astra parantur
Ad veri multi venissent cognitionem *Seneca*
In Putio Nise censerent, esse Superbi *Tragedus*
Admisso semel uno absurdo absurda sequuntur
Infinita, quibus fere totus fallitur Orbis.
Principijs primis prudentius invigilandum
Ne sint falsa quibus subduntur cætera sensa
Quis aquam puram prætendit vadat ad Ipsum
Distantem quamvis fontem ne decipiatur
Impuros vitando lacus rivosq; nocentes.
Chivol aqua pura vada all fonte.

In Imaginem Beatissimæ Częstochoviensis Skopius.

ANnis tercentum Solimæ per sæcula quinq;,
Sub Bisanteno Sydere culta fui

Russorum Beŝs me coluit per sæcula quinq;,
Mons centum lustris clarius ecce tenet.
Mille proin Annis Seqtingentisq; fideli
Gente color, cujus munia grata fero.
Inde Patrocinium do cunctis auxiliumq;,
Qui me constanti mente fideq; colunt.

Lingua malevola est gladius acutus. *Salomon.*

Lingvam malevolam versu describit.

Idem Skop.

PEjor est ferro scelerata Lingua
Enecat multos vitiosa justos,
Laudat injustos vitijs onustos
tollit in altum.

Qui probitate potens linguæ mendacia spernit,
Conscia mens recti fulmina nulla timet,
Hinc quicunq; sapit tales vitare laborat
Qui tumidi verbis non nisi bella gerunt.

Dexteritas quos nulla movet qui pernicioſi
Alterius ſcrinijs invigilare ſtudent,
Soliciti tantum quo poſſunt æra parari,
Conſervando malos contaminando probos,
Diſpereant quorum mens hæc eſt invida ſemper
Ut cumulent nummos nec ſatiantur ejs.
Ars laudare Sophi non eſt, nec carpere quenquam
Major erit quemvis linquere pace ſua.
Dicere de vitijs commune voce licebit,
Perſonas ipſas carpere ſæpe nocet.
Ne te pæniteat fors laudis Convitijq;
Cautior in Populo quæ referenda vide.
Si quem laudaris paucè laudare memento,
Crimina culpato parcius illa tamen.
Ne cave cenſures quidquid non pertinet ad te
Ne cenſureris juſtius inde ſimul.
Te prius ipſe velim caute circumſpice quis ſis
Plus alijs potior ſit tibi cura tui.

Qua

Qualis quis fuerit tales fore judicat omnes,
  At ſolet hoc multos fallere judicium.
Cujus quis genij cunctos fore judicat hujus
  Perverſos omnes improbus eſſe putat.
Qui malus eſt quamvis videat bona juſtaq; facta
  Improbus ille tamen judicat eſſe mala.
E contra juſtus quantumvis cernat iniqua
  Ut probitatis amans judicat eſſe proba.
Nam mala ſæpe licet videantur ſunt bona facta
  Legitimum finem conſiderando rei.
Nam cum quemq; latens intentio judicet actum
  Quis novit quo quis corde animoq; facit;
Intra ſe quid quis meditetur cordeq; ſervat
  Noſcere perfecte ſolius hocce Dei.
Plurima mens hominum meditatur ſæpe probanda
  Quæ male ſanus homo noxia ſæpe putat.
Hoc vitio ſummo multos natura notavit
  Quod tumidi proprijs plus aliena notent.

Fertilior Seges eſt alienis ſemper in hortis
Vicinumq; Pecus grandius uber habet.
Perverſos inter fit libertatis abuſus
Plurima cum liceant cuncta licere putant.
Tranſcendit juſtas efrena licentia metas,
Exceſſu fiunt optima ſæpe mala.
In partem varij pejorem plurima vertunt
Atq; gravat facti lingua nefanda vices.
Vir probus & juſtus durus vocitatur & aſper
Exoſus cunctis vir probitatis erit.
Si loqueris modicum veterano more Sophorum,
Moroſus dicent multus & inſipiens.
Si loqueris mentem laxando fronte ſerena,
Sermonis dicent non habet ille modum.
E contra ſi cui temeraria lingva favebit,
Virtutem quamvis Crimina commemorat
Crudelis rigidus fortis vocitatur & audax
Pacificus mitis deſidioſus erit.

Affectus

Affectus totum præſtat cui namq; favemus
Hunc laudamus & trademus officia.
E contra Populus ſi quem faſtidit & odit
In quo cupetur protinus inveniet.
Tam probus eſt nemo nemo tam Criminis expers
Qui non ex aliqua parte notandus erit.
Hunc tenet ambitio, furor hunc tenet atq; voluptas
Deterior cunctis quisquis avarus erit.
Pejor avernali rigidus Plutone tributis
Aſſiduis gentes qui nimis attenuat.
Prærelíquis vero vitioſum dixeris illum
Qui nigros alios aſſerit ipſe niger.
Omnibus Officijs multum facundia confert
Plus magnete trahit lingva diſerta Sophi,
Legitimam quanquam vincit facundia cauſam
Si fuerit præſtans Rethor in Arte ſua.
Perverſi multi qui nigra in candida vertunt
E contra vitijs candida ſæpe notant.

Iuſtitiâ ſpreta duntaxat munera quærunt
Confidunt proprio fortiter ingenio.
Fallacis mundi quærunt ſine fine favores
In cunctis fallax ſit licet ille vijs.
At tu quære velim virtute placere fideli
Quod proſit nunc & poſt tua fata tibi.
Cauſæ defenſor nimium commune videmus
Optimus in terris, peſſimus ante Deum.
Supremus Iudex illum Radamantus Averni
Præreliquis Stigijs excruciabit aqvis.

SOCRATICA SCIENTIA.
&
Alij intermixti ad Materiam
AUTHORES.

Nonnulla à SKOP in verſum reducta.

SOcrates ſapientiſſimus ab Athenienſibus iudicatus, quia ſe nihil certi ſcire profeſſus eſt. Dicens hoc tantum

me

me certe ſcio, nil certi ſcire. Quod idem convenit cum Salomone, Nil certi ſub ſole. Et Carthesius modernus Philoſophus de omnibus eſſe dubitandum dicit, nec facile admittendum, niſi quod evidens demonſtrat ratio. Multa enim pro veriſſimis multi ſtatuunt quæ falſiſſima ſunt.

Admiſſo ſemel uno abſurdo, abſurda ſequuntur
Infinita, quibus fallimur & capimur.
Principijs primis eſt fortiter invigilandum.
Errorum genitrix eſt quia credulitas.

Hinc merito de illo etiam Martialis viro ſapiente.

Qui modicum norunt ſe jactant plurima ſcire.

Qui tamen poſtea ab Athenienſibus morte damnatus eſt, èo quod pluralitatem Deorum negaret, & Statuas Idolorum confringeret.

Unus agit rerum cunctarum Rector & Auctor,
Uni debetur gloria ſumma Deo.

Quod ſi tacuiſſet cum Harpocrate vixiſſet. Cui Socrates in omni contrarius fuit. Silentium ejus improbabât, dicens

eum esse magis lapidi similem quam homini, qui nulli quidquam more lapidis communicare vult, id quod scit cum omne bonum natura sua sit communicativum.

Scire tuum nihil est nisi quod scis, te sciat alter.

Vir eloquens est velut Arbor varios fructus ferens, scilicet defendendo recs, erudiendo ignaros, peccat quicunq; non communicat id proximo quod potest esse absq; ejus damno.

Hinc Vir eloquens est longe utilior illo, qui tacet tanquam Marpesia cautes. Silens Patriæ nil confert utilitatis. Excepto illi cujus mala facta tacet. Cum tamen & hæc sint coram judicio revelanda. Sinsecus est pariter plectendus ut ipse scelectus.

Paulum sepultæ distat inertiæ cælata virtus.

Indigne vivit de quo non provenit usus.

Hinc nec ars taciturnitas est vocanda, & magis hæc convenit ignaris quam sapientibus, & dato non concesso quod sit Ars, non tamen est ars maior scire tacere, quam

sit

ſit ſcire loqui, de quo Summorum tandem ſunt ſenſa Virorum, qui aſſerunt eandem artem eſſe, & unam ab alia dependere; quod ſic in forma.

Qui ſcit ſcire loqui, loquitur quæ ſunt loquenda, ac perconſequens tacet quæ ſunt tacenda; ſed qui tacet quæ ſunt tacenda ſcit tacere, ergo,qui ſcit loqui ſcit tacere.

Altera forma patet ſimili complexa tenore.

Qui ſcit tacere, tacet quæ ſunt tacenda, ac per conſequens loquitur quæ ſunt loquenda, ſed qui loquitur quæ ſunt loquenda, ſcit loqui, ergo qui ſcit tacere ſcit loqui. Hæc ideo in forma Silogiſtica hic attuli, quia ſæpe fit diſſerptatio de hoc inter eruditos. Hæc ſunt ſenſa Socratica quæ Seneca confirmat. Ad veri multi veniſſent cognitionem, ſi in puteo veritatem manere putarent Plurima enim hominum ſuppoſita falſa ſunt.

Hinc & illud Socratis in Puteo profundo latet veritas. Dicebant Superos eſſe optimos & feliciſſimos, quia ſolis virtutibus delectantur, hinc ad eorum numerum proximè

attinent cuncti virtutis amantes, & quia Deus eſt Compendium omnium virtutum, ad eum tanquam per rivulos ad mare omnes accedunt virtutum Cultores, qui fons & Origo illorum eſt.

A Superis bona ſunt illa petenda, quæ Superis viſa ſunt, congrua nobis, cum ſæpe multa petantur quæ minus ſunt utilia. Hinc & Iuvenalis,

Permittes ipſis Superis diſcernere totum,

Hi norunt melius ſtatuique congrua noſtro.

Dum admoneretur à domeſticis quod ſint venturi hoſpites & tenuem pararet Cænam, hortantes eum ut lautiorem jubeat parari. Reſpondit ſi fuerint probi & moderati ſatis erit, ſi improbi nec eo digni quod paratur.

Diſcipulos ſuos quorum Copia fuit, quia nullam ab eis exigebat ſolutionem, comprimis ad probitatem vitæ hortabatur, dicens, arte ſine virtutibus nihil èſſe, in quo etiam conveniebat cum Chriſtianis & maxime ſvadebat Sobrietatem, dicens eam eſſe Matrem virtutum. Hinc

videmus

videmus & nunc quod optimi Artifices, ebrietati dediti pesſimi fiunt & diſpereunt.

Interogatus à quodam Iuvene Illuſtri an ducenda eſſet Uxor. Reſpondit bene conſiderandum quod ſtatuendum ſemel, utriuſq; multos pænitet: Cælibatum comitatur Solitudo, matrimonium Solicitudo, Cælibatum Orbitas generis, hæres alienus ſæpius indignus qui plus tuæ vitæ invigilabit;

Sed nec eris nimium tutus in æde tua.
Quæq; fuere tuo ſummo ſudore parata
Te deridendo ſceleratus dilapidabit.
Nec quæ ſunt â te poſt fata ſtatuta parabit.

It Matrimonium, meror comitatur ut umbra:
Perpetuæ curæ lites & garrula Socrus.
In cunctis quavis demens vult prædominari,
Quamq; tulit ſecum venit exprobratio dotis.
Ardentes nimium veniunt à dote Sagitæ,
At tanto gravius ſi duxeris æris egenam,

 Expedit

Expedit in cunctis huic omnia ſuppeditare,
Ancillis ejus tum proli nec ſatiatur,
Prodiga non novit pereüntem fæmina cenſum,
Credit iniqua, tibi quod nummus creſcat in arca.
Semper habet lites alternaq; Iurgia lectus,
In quo nupta iacet minimum dormitur in illo.

Et quoniam, neceſſarium eſt unum ex his eligere, elige id quod magis tuæ congruum Conditioni, ſed vide ne plus Cupidine regaris quam ratione.

ARCHELAUS. Rex Socratem ad ſe invitabat, multa illi promittendo, Socrates recuſavit dicens, quia neſciret quo medio poſſet recompenſare. Quam paucos tales nunc invenies Ingenuos. Attamen ejus Ingenium, Genium, improbat Seneca dicens, plus ille donat qui Auri docet Contemptus, quam ille qui ipſum offert Aurum.

Nemo tam clara probitate fulget, nemo tam Vir eſt Sapiens ut illum comprobent omnes varij ſtatus, ſunt qui dicebant omnem ſervitutem eſſe miſeram, excepta

ſervi-

ſervitute Dei dicentes ſervire Deo regnare eſt, à contrario ſervire perverſis eſt fieri mancipium. Obiurgabatur à Senatu cur non adminiſtraret Reipublicæ aliquod ſibi dignum Officium, dabatur enim ei inter Conſules locus. Reſpondit. Eum eſſe utiliorem Reipublicæ dum alios multos redderet ad gubernandum idoneos, docendo, quam ſi ipſe gubernaret, hunc Titulum honoris vobis non invideo Conſulatûs, laborem quem præſtare poſſum non recuſo.

Hortabatur inde ſuos Diſcipulos ſerio ut ſint fideles & Alacres, in ſervitute Reipublicæ & Dominorum quamvis improborum dicens, ſi viderint veſtram erga ſe fidelitatem efficientur Probi.

Interogatus quo pacto quis poſſet placere omnibus, reſpondit talis eſto qualem te proprium poſtulat Officium, Ut placeas juſtis ſis juſtus, ſperne ſceleſtos, & cave ne affectes Officium quod ignoras, aut quod impar tuis viribus & Conditioni, in pænam enim omnis ſu-

ſci-

ſcipit Onus, quod ſufferre nequit, aut moderare ignorat. Aſſerebat nullam eſſe Poſſeſſionem meliorem, verô & Prudenti amico, nec aliunde plus fructus & voluptatis capi poſſe; Hinc Principes Sapientes comprimis inquirunt prudentes & fideles Miniſtros.

Nullum enim melius eſt Inſtrumentum Fideli Amico. Sed rarus nimium talis reperitur amicus, qui non ex aliqua parte notandus erit.

Hinc Aticus Uticenſis maluit Conſulatum amittere, quam amicum, & levius ferunt Viri prudentes Opum jacturam quam amici fidelis amiſſionem, Amicus enim ſincerus & Sapiens, & tui Theſauri Cuſtos erit, & Auctor, & tuæ ipſius vitæ, & Salutis Tutor.

Cuidam cupienti videre Olimpiadas ſed perterrito viæ diſtantia, Inquit ei: En Domi ſæpe per totam diem deambulas fruſtra, ſi illas deambulationes perpendas excedent iter ad Olimpiadas. Docuit Vir ſapiens quod ſæpe terrémur externo quamvis utiliori labore, quam Domeſtico

ſtico proficuo minus, & minus honeſto aſveti deſidiæ Inani. Civibus vitio vertebat, quod prolem ſuam Domi ſervarent, nec eam erudiendam traderent dicens, magnum per hanc negligentiam fieri Damnum Reipublicæ.

Hinc Præceptores pluris Parentibus æſtimandos ſtatuebat, Parentes enim vitam ſimplicem tribuunt natis, Præceptores vero vitam artibus Ingenuis & bonis moribus, ad omne Reipublicæ genus idoneam tribuunt quod & Iuvenalis præreliquis faciendum confirmat.

Di majorum umbris tenuem ſine pondere terram,
Spirantesq́; Crocos concedant verqve perenne,
Qui Præceptores voluere parentibus æquos.

Illos omnes Superis proximos aſſerebat qui propria Sorte ſua contenti tranquilla mente vivebant, quum Superum hoc proprium ſit quod propria ſorte contenti, nil ultra id appetant quod poſſident eorum beatitudine, nec curis ceu nos homines torquentur amaris.

Quisq; suo proprio contentus in æthere vivit.
Ipse DEUS placidâ fert Cælitus otia mente.

A Præside Urbis Invitatus ad Cænam respondit, non sum de gente Barbara, quæ fallax efrons perfida externa de Paropside, perversa gaudet vivere.

Sobrietas sicut virtutum Mater habetur
Sic est Ebrietas cunctorum causa malorum,

Hinc audiens quendam ex suis Discipulis esse Bibacem mox eum cum ignomina repulit, & ab alijs sequestravit.

Quum Aristipus vellet fieri ejus Discipulus & non haberet media quibus continuaret Studia & præmiandi Magistrum de more aliorum Discipulorum. Iussit eum ad se vocari, qui dum adesset, agit illi. Fili non aliud à te quæro, quam ut te ipsum mihi dones, & sis attentus & constans in studijs continuandis, hoc mihi erit Summum Solatium, si te videro in virtutibus proficientem, quod & factum est, adeo excelluit ut ejus Successor fieret.

Invenies

Invenies paucos hac in virtute Magistros
Vt quoq; discipulos similes hoc tempore nostro.
Vt ventus volitans quum sit plerumq; Iuventus.
{Nunc hac nunc illuc mox incipit omnia tentat.
Et non perficiens est mobilis hæc velut unda.

Per forum deambulans quum varias merces videret, venales, præcipue quæ spectant Castra, ut Galeas, Frameas, Toraces, Arcus, & Hastas, quæ multi pretio magno emunt; in sui interitum dum ab hoste pereunt. Respexit Discipulos dicens, O nos beatos, quia omnibus, istis non indigemus, Solis libris intenti, ex quibus major fructus, nec perinulis mersi tantis nocte dieque.

Incampis medijs dum prælia summa geruntur
Arma petant martemq; ferum ratione carentes
Tutior est calamus quã diræ Cuspidis hasta.

Quum Alcibiades Illi in medijs Athenis obtulisset locum amplum ad domum ædificandam, contempsit, dicens, hoc suæ Cunditioni esse contrarium, opottet ut Philoso-

phus non inter Arbores inverſas & magis nunc perverſas habitet, Arborem ſignificans hominem (Homo enim à Platone quod ſit Arbor inverſa definitur) Philoſophus expedit ut in loco Solitario commoretur, ubi quiete poſſit Studijs & libris tutius invigilare, nemine eum infeſtante in ſui labore ingenioſo, in medijs Populis non juvat eſſe Sophum.

Hortabatur Cives ut ſplendorem veſtium & alia Corporis Ornamenta, mulieribus relinquant, quum fragilis & indocilis ille ſexus non habet alia media quibus eminere poſſit, ſolum in ornamentis Corporis & Facie.

Forma Virum neglecta decet Facieſq; rugoſa.

Habent Viri longe proſperiora media, quibus elucere poſſint, tam in Palladis Artibus, quam Martis Officijs.

Iſta Viri quærant Vir à Virtute vocatur.

Statuas Sculpturas deteſtatus fuit, & vetabat ne ullus illis Cultus fieret quod in uſu magno apud Ethnicos fuit, qui ex Auro & Argento ſibi Deos quos Lares vocabant,

forma-

formabant, de quo etiam Ovidius in Libro Tristium.

Di Patrij quorum longe mihi maximus ille est,
Qui nostras inopes noluit esse manus.

Cæsaris enim sibi Statuam extruxit quam adorabat, quod dum ille Atheniensibus improperabat, ab illis ad mortem condemnatus, eo quod Patrios Deos abolere præsumeret; quod crimèn erat etiam Roma Capitale quod ille intrepido pertulit animo dicens. Pro Iustitia agonisare & usq; ad mortem certa pro veritate, quod & ipsum Salomonis dictum est, me illi ad mortem damnarunt, natura illos jubet mori, statutum est omnibus hominibus semel mori.

Serius aut citius metam properamus ad unam.

De Ingratitudine tantum modo eorum & clementia summe doleo. quod pro eo, quia illos volui ab erroribus ad veritatem reducere, me ad mortem damnarunt, advenient tempora, ubi sapientior ætas advenerit, ubi innocentia mea approbabitur, illorum vero Decretum in me

latum reprobabitur, nec ſum adeo vitæ avidus,
Perverſos inter nimis eſt gravè vivere juſto.

Hungarorum Invectio contra Litranos, eos depopulantes in reditu à Vienna.

Ejuſdem Skop.

BRuma venit Zephiros, Boreas iam vincit & audet.
Omnibus ingrato ſtringere cuncta gelu.
Invia iam nivibus via fit migrate ſceleſti,
Heus! fugite ad Patrios, Algida turba Lares.
Cerberei Generis cunctis ingrata propago
Ad ſtigiæ portæ currite Præſidium.
More Locuſtarum conſumitis omnia late
Myrmidones avidos quos ſatiare nefas.
Urſorum Patriam Veſtram cognovimus eſſe,
Peiores his vos cernimus atq; Lupis.
Urſaq; veſtra riget glacialis & aſpera Nimbis
Ad veſtram Matrem tendite tempus adeſt.

Cernitis ut Tetri iam montes nivibus albent
  Difficilis reditus post breve vester erit.
En Genitor Vester notus feritate Licaon
  Prædonum Princeps vos jubet ire domum.
Iam satis est in nos vestri sine fine furoris
  Hostibus eveniant talia præsidia
Ad defendendum vos misit non spoliandum
  Rex vester quo non major in Orbe fuit.
Omnia vastatis, rapitis, quodcunq; potestis
  Heus? Vos pejores Hostibus experimur
Majores vobis iam transivere Poloni
  Gens vobis potior qualibet arte boni
In Patriam quanta redeat: cum laude triumphans
  Quanta ferant victis hostibus aspicite.
Fædere perpetuo si vos junxistis eisdem
  Et virtute pares expedit hisce fore.
Hi redeunt pleni Spolijs post acria bella
  Cum Ducibus proprijs Ordine legitimo.

Vos

Vos ò turpe pecus pigri veniſtis in oras
Aſt Alacres noſtras ut ſpolietis eas.
In bellis alacres laudandi jure Poloni
At Vos ſpernendi deſidioſa lues.
Hos Salvatores communi voce ſalutant
Et ſummis effert laudibus, Imperium
At Vos Prædones Regni proclamat ubique
Quam pertranſitis Gens ſpoliata gemens.
Hi quos ſervarunt, vos perditis & ſpoliatis
Quæ paritas! quibus expoſcitis eſſe pares.
Hoſtibus eveniant tales furijſq; Sodales.
Sint procul à nobis talia præſidia.
Transfreta Danubij veſtrum monſtrate valorem,
Ut Rex monſtrabat qui prior advenerat.
Illi dum redeunt poſt acria bella Triumphis
Et ſpolijs pleni, non ſine laude domum.
Vos pigri primum noſtras properatis in oras.
O! ſcelerata Cohors ut ſpolietis eas.

Si monſtraretis pariter virtutibus altis,
Illuſtres Patriæ Marte Togaq; Viros.
Ut Iabłonowſki fuerat velut alter Achilles
Qui Dux impavidus, primus ad omne fuit.
Hic quoq; terrori qui cunctis Marte fuere
Indomitos traces primus adortus erat.
At vos perverſi vitijs exceditis ipſi
Luxuria plenos non niſi conſpicimus,
Ebrietate ſimul præluſtres Comilitones,
Præreliquis vobis noſtra Lyæa placent.
Atq; utinam tantum biberetis vina, ſed illa
Funditis in terram, vaſaq; diſcutitis,
Quam vos nunc eſtis crudeles qui modocunq;
Contra nos fuerant, mitior hoſtis erat.
Attamen o! facinus noſtros jactatis amicos
Vos fore, diſpereat talis amicitia.
Nil tutum quid quid miſeri ſub ſole tenemus,
Tolluntur Pecudes, ſurripiuntur Equi.

Turpe Pecus Pecudes tollit dementius illis
Nam brevibus rurſus ſurripietur eis.
Montibus in medijs latitant fugiendo Coloni,
Omnibus hiſce vijs fortiter invigilant.
Montanæ valles nimium ſunt fraudibus aptæ,
His Fabij fortes diſperiere viri.
Et vos expectat redeuntes, otius inde
Ni fugiatis atrox tragicus iſte modus.
Pergite perverſi perverſos ad Garamantas
Contingat vobis Thaurica Præſidio.
Ad latebras properate Tyræ locus ille Tyrannis
Proprius & ceu vos Gentibus indomitis.
Iam ſatis eſt in nos tanti ſine fine furoris
Pergite præmoneo vos graviora manent.
Vos meminiſſe juvet fraudis ne retribuatur
Iniuſtus juſto forte furore furor.
Prædones avidos prædando perire videmus,
Nil tutum quod vis ſurripit atque dolus.

Tuta

Tuta ſcias tantum proprio quæ parta labore
Hæc durant quæ pax & Themis alma parit.
Iuſtitiæ ratio quæ confert hæc tua tantum
Tutaq; credideris, cætera vana ſcias.

Ex Iuvenali ſelecta ex prima Satyra.

QUo morſus tandem patiar canis arabiatæ
Latratuſq; tuos quibus opprimor & ſine cauſa,
Scomata dira quibus me vexas perfidus auſis,
Indignus vatum numero quo vane ſuperbis,
Proſcindens cunctos calamo, nec parcis eiſdem
Omnia qui medio graviore rependere poſſunt.

Et ultro.

QUid quid agunt homines præſertim quæ rationi
Diſſona ſunt juſtæ, noſtri eſt farrago libelli,
Dicere de vitijs licuit ſemperq; licebit,
Perſonas ipſas non commemorare juvabit.

Et ultro.

SI desunt vires tamen est laudanda voluntas
Contra perversos est indignatio justa.
Qua modo parte potest defendere quisq; tenetur.
Se què suosq; Lares si non vicisse licebit
Sic pugnasse satis nec se clare sub juga ferre
Aude nefas quodcunq; potes crudelior esto,
Si fore vis aliquid virtus ladatur & alget.

Item.

OMne in præcipiti vitium stat, nulla sinistra
Tuta manent, durant duntaxat honesta vigentq;.

Item.

JN tenui tenuis nimis est facundia Panno
Non nisi conducta Sardoniche cossus agebat.
In digito si non radians, micet annulus inter
Nobiliore satos, modicum tua verba valebunt.

Ultro.

FRange miser calamos vigilataq; disticha dele,
Nil facit ad præsens sublimes scribere versus,
Plus Auriga feret currum moderando per annum,
Quam nos qui libris sudantes invigilamus.
Pauca talia feret didicit iam dives avarus.
Tantum mirari, tantum laudari disertos.
Ut Pueri Iunonis Avem & ultro .
Curritur ad vocem jucundam & Carmen Elysæ.
Thebaidos lætam quum fecit Statius Urbem,
Promisitq; diem, tanta libidine vulgi.
Auditur sed dum fregit Subselia versu
Esurit in tactum Paridi nisi vendat Agaven.

Satyra 2da.

DI majorum umbris tenuem sine pondere terram
Spirantesq; Crocos, concedant verque perenne.

Qui Præceptores pluris voluere Parentes
Simplices, eſt genitor vitæ duntaxat Origo
Præceptor vitam perfectam tradit, & illud efficit
Ut Iuvenis proſit ſtatuiq; ſibiq;.

Satyra 3tia.

QUalem quis Patrem fuerit ſortitus, ejuſdem
Moribus imbutus vivet plerumq; fideque.
Sic Iudæus amat metuentem Sabatha Patrem,
Romanas tumidus leges contemnit ejſdem,
Subdatur quamvis tamen has faſtidit & odit,
Mancipijs qui ſunt peiores ſe meliores,
Perverſi ducunt quavis ſub ſidere Gente
Neſcio quæ fingunt propria gente ſuperbi.

De Curijs & Hipocritis.

FAllit nos vitium ſpecie virtutis amictum,
Quum ſit triſte habitu facie verbiſq; ſeverum.

Inveniens multos Avidos in vestibus Agni,
Occultosq; Lupos quos nunquam fas satiare,
Qui quo plura tenent, Vesani plura requirunt,
Tantalidæ sitiunt medijs in fluctibus arent,
His nec sufficiunt Hermus nec flumina Tagi,
Mendicare quibus virtus quo turpius est nil,
More Lupercorum quorum nunc copia grandis,
Scire volunt Secreta Domus atq; inde timeri.

Item.

NE Mulum cupias, quum sit tibi Gobbio tantum
In loculis propria contentus vivito Sorte.

Ibidem.

QUum scelus arguitur superest audacia multa
Tentantur mala ni maturæ præpediantur,
In tectis ipsis prohibes incendia sero.

Item

Item.

CRescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit
Et minus hanc optat qui non habet ergo paratur
Altera vita tibi. Tibi Rus non sufficit unum,
At mihi sufficit Superi quodcunq; dedere.

Morale.

VIr sapiens uti novit bene tempore quovis
Pollet in Urbe Toga, Campestria dirigit apte,
Dum ferus hostis adest pollet mucrone sagoq;.

Ejusdem.

OMne genus vitij tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto major qui peccat habetur
Ut pariter virtus tanto præstantior omnis
In ratione status quo quis præstantior Author
Sic Helenæ Paridi canit: acceptissima semper
Munera sunt Author quæ pretiosa facit.

Satyra

Satyra X.

STemmata quid faciunt quid prodeſt Pontice longo
Sangvine cenſeri pictoſq; oſtendere vultus
Majorum, & ſtantes in curribus Emilianos
Dimidios fractos Curios naſumq; minorem,
Corvini Galbam cujus jam ſuſtulit aures
Cuncta magis tinea quæ rodit cana vetuſtas.
At virtus horum grandis tum geſta perennant
Quis fructus generis tabulas iactare ſuperbas
Corvini pudor eſt æquitum monſtrare Magiſtros
Si metuis, ſi prava cupis, ſi Sardanapalus
Illecebris merſus concedis fræna Lyæo.
Atq; petis lectum laſſus meretricibus Ortu.
Luciferi dum Caſtra duces movere ſolebat
Cuncta licet referas Proavorum geſta tuorum.
Si virtus deſit tibi propria nil valet omne,
Nobilitas generis ſola eſt atq; unica virtus.

Et ultro prosequitur.

MAlo Pater tibi sit Tersites dummodo tu sis
Æacidæ similis Vulcaniaq; arma capescas.
Quum te Tersitæ similem producat Archilles
Prima mihi debes animi bona fortis in armis
Iustitiæq; tenax ut sis clemensq; favensq;
Omnibus ingenuis qui te dignantur honore
Proficuus Patriæ sis factis Cnosilijsq;.

Et ultro.

TRojügenum frustra te iactas dum latitando
In proprijs tectis resides nec Littora nostri
Trojugenum quondam quæ prima fuere per Orbem.
Attamen ut longe repetas longeq; revolvas
Majorum primus quis quis fuit ille tuorum
Aut Latro fuit aut illud quod dicere nolo.
Id referant alij quibus omne licentia major scribendi
Ne fors quisquam altum dicat sumpsisse coturnum

Altum

Altum me referat, brevibus videatur Homerus
Omnia qui ſcripſit quæ ſunt veriſſima Trojæ
Mendaci calamo dicta nec crede Maroni
Cæſaris Auguſti corruptus munere ſcripſit
Traditor Enæas Troiæ Didone relicta
Hunc quoq; verſutus clam diffugiendo fefellit
Quem defenſurum ſe promittebat ab hoſte
Appulit in Latium ſceleratus ut prædo Marinus
Occiſo Turno, qui ſolus Dux fuit horum,
Terrarum, quarum tandem conſedit in Oris
Hujus prædonis te iactas eſſe Nepotem.
Hæc ſunt veriſſima Romanos Ortu eſſe Troja
Hos Principes qui traditores Patriæ fuerant
Ac tandem Prædones per Mare Mediterraneum.
Et Oceanum dum neſcirnet quo ſe converterent
Littora quæ potuerunt occuparunt ut Uliſſes Uliſſeponēn
Antenor Antenoriam Gruno Greningam
Ac tandem Eneas in Latium veniens

Portum juſſit vocitare Caietam à Caieta
Ejus nutrix quæ obijt in Eodem loco
Nomen tradidit portui & Caſtello
Tu quoq; littoribus noſtris Enæja nutrix
Æternum moriens nomen Caieta dediſti. *Virgilius*
Latium olim Antenoria ac tandem Italia.
Ab Italo Rege. Ianicula à Iano Saturni Filio.
Latium vero dictum fuit â latitando à Prædonibus
Qui ubi nunc Roma latitabant & maxima,
Inferebant damna Sabinis qui trans Tiberim
Habitabant, etiam Uxores & pecora ſurripientes
Hinc Ovidius teſtatur.
Romule militibus tribuiſti gaudia ſolus
Hæc mihi ſi dederis gaudia, Miles ero.

Item ex Iuvenali.

ASpice quæ generat tellus animantia late
Quis generoſa putet niſi fortia, tunc meliorem
Collauda-

Collaudamus Equum qui fortior atq; volando
Exultans alios in circo vincit aperto.

Ex Ovidio de reproductione Rerum.

POſtquam nona ſuam conſumet Sphæra rotamen
Conturbabuntur redeuntia Sæcula cuncta
Retrogrado motu tranſcurrent æquora metas
Diluviumq; velut fuerat nec montibus ipſis
Parcet & ipſe Lupus medio grege præda natabit.
Secula poſt venient hæc omnia rurſus & ante
Alter erit tunc Typhis & altera quæ vehat Argo
Delectos Heroas erunt etiam altera bella
Atq; iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles
Hoc Hinenſes fortiter defendunt & Chaldæi
Temporibus ſervire decet nec differ in horas
Aggrediatur Opus dum favet aura bona
Tempore dum ſteterit longo male curret & inter
Carceribus miſſos ultimus ibit equus.

Tempore perpetuo si non renovetur aratro
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager
Tempus edax rerum, quam plurima tempore solo
Disperiunt nil sub sidere perpetuum.

Item ex Libris Amorum Ejusdem Ovidij.

TEmpore difficiles veniunt ad aratra juvenci,
Tempore stant Segetes, tempore crescit amor
Vis consilij expers molle ruit sua *Seneca*
Qui consilium spernit, spernit & Auxilium.
Mulciber in Troiam, pro Troja stabat Apollo
Æqua Venus Tevcris Pallas iniqua fuit.
Oderat Anchisis Prolem Saturnia Iuno
Ille tamen Veneris numine tutus erat.
Et superos inter ratio diversa perennat
Sæpe præmente Deo fert Deus alter opem
Quod Præceps ratio nequit hoc mora sæpe refecit.

Ovidius

Ovidius in Exilio de Sarmatis.

MAxima pars gentis nec te pulcherrima curat
Roma nec Ausonij militis Arma timet
Vox fera trux vultus verissima Martis Imago
Vipereo rigidi spicula felle linunt.
Maxima pars hominum sed vix hoc nomine digni
Non est dicendus homo, qui inhumanus est,
Nescio quid natale solum dulcedinis in se
Continet immemores non sinit esse sui.
Quid melius Roma Scytico quid frigore pejus
Attamen exiliens Barbarus inde fugit.
Fortior èst qui se quam qui fortissima vincit
Mænia nec virtus altius ire potest.
Virtus est vitium fugere, & sapientia prima
Stultitia caruisse.

Notata ex Ovidio posthumo.
Tomidos seu Temisvar.
inventa in Monasterio quodam Græco

TErra iacet Thracum vastis contermina terris
Iuncta ubi cum Hele sidere Thaurus habet.
Hic ubi per septem ceu Nilus in ostia portus
Euxini ditans littora Danubius.
Moldaviæ tellus est aspera montibus inde
Gente ferox sterilis plena Latrociniјs.
Præfuit hisce locis Flaccus domuitq; Rebelles
Inque locis propriis pace manere jubet.
Bastarnæ hanc olim gentes tenuere Coloni
Proxima Pannonij Sauromatæq; tenent.
Qua solet occiduum versus decrescere Phæbus
Indomitos illo prospicit Orbe Dacos
Unde diem roseis illustrat lucifer alis
Æquoreis illinc gens fera gaudet aquis
Inde velut longe sinuoso littore tractus
Tendit in Eoos brachia longa sinus.
Sic per desertas limoso littore ripas
In mare Danubius Nester & Ister eunt.

Terra

Terra feris Opibusq; potens, belloq; superba
Facundo quovis germine terra viret
Præreliquis vero fæcunda Boristenis Ora
Barbara quam Nieper deniq; lingva vocat.
Hæc vera & genuina Ovidij descriptio Ponti.

Ejusdem Ovidij.

NEc censum nobis nec honorem Cæsar adimit,
Crimine quo merui, perdere cuncta meo
Sed qvia delicto facinus non ad fuit ullum
Non nisi me Patrijs jussit ab esse focis.
Inde relegati non exulis utitur in me
Nomine, tuta suo judice culpa mea est.

Ovidij ad Augustum dum non posset impetrare reditum ex Exilio in Patriam.

A Me utinam inciperes tandem ferus esse Sceleste
Qui nullis precibus flecteris usq; meis,

Dum te laudabam, tunc ſum mentitus, id unum
   Exilij fuerat debita cauſa mihi.
Qui me damnaſti ſine cauſa durus in ævum
   Me magis hoc ipſo dignus es exilio.
Dum clemens alijs mihi vero iuſtus & ultro
   Me magis afligis mortificaſq; magis
Tunc Clemens Princeps nec non juſtiſſimus eſſes,
   Si cunctis Iudex unus idemq; fores.

Ovidij finis Metamorphoſeos.

JAmq; opus exegi quod nec Iovis ira nec ignis
   Nec tempus nec edax poterit delere vetuſtas.
Cum volet illa dies quæ nil niſi corporis hujus
   Ius habet incertum tandem mihi finiat ævum.
Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
   Aſtra ferar, nomenque erit indelebile noſtrum
   Si quid habent veri vatum præſagia vivam.

Epitaphion Ovidij.

HIc ſitus eſt Vates quem Divi Cæſaris ira
Eſſe relegatum juſſerat hiſce locis.
Sæpe miſer voluit Patrijs occumbere terris,
Sed fruſtra: hunc illi fata dedere locum.

Hæc vera definitio virtutis eſt actus meritori9.

HInc quo major Actus meritorius major virtus.
In medio conſiſtit virtus vitijs ſtipata duobus.
Id eſt defectu & exceſſu.
Inde proverbium Medium tenuere beati.
Inter utrumq; tene medio tutiſſimus ibis.
Auream quis quis mediocritatem *Horatius*
Diligit tutus caret obſoleti
Sordibus tecti caret invidenda
Sobrius aula.
Cui datur id quod ſat fuerit nil amplius optet
Quod male fers aſveſce feres, bene multa vetuſtas
Lenit & melius ſæpe referre ſolet.

Passibus ambiguis fortuna volubilis erat,
Et manet in nullo certa tenaxq; loco.
Sed modo læta manet vultus modo sumit acerbos,
Et tantum constans in levitate sua est. *Ovidius*

Gutta cavat lapidem non vi sed sæpe cadendo,
Sic crescit Studium non vi sed sæpe legendo.

Mollius Ingenuo nihil est quod cura metusq;
Assiduusq; labor fortiter attenuat.

Cura metusq; gravis populatur latius ense.

Latius Regnes avidum domando
Spiritum, quam si Libiam remotis *Horatius.*
Gadibus jungas, & uterq; Pænus
Serviat uni.

Nemo confidat nimium secundis
Nemo desperet meliora lapsis
Res Deus nostras celeri mutatas
Cardine versat.

Scandit æratas vitiosa naves
Cura, nec turmas Equitum relinquit
Ocior Cervis & agente Nimbos
Ocior Evro.

Viribus est ratio præstantior utiliorq; ,
Hinc Ulisses devicit Achillem in judicio.
Tu vires sine mente geris mihi cura futuri
Doceo quo simus alendi armandiq; modo.
Mittor quo postulat usus, omnia suppedito
Castris quodcunq; necessum, de quibus
Tu cunctis ignoras unde recede.

Ille vero respondit

Dum modo pugnando superem tu vince loquendo,
Perfide, vaniloquâ melior mihi dextera lingvâ.
Attamen ò facinus, quod nunc quoq; sæpe videmus
Legitimam quamvis vicit facundia Causam.
Fortior est qui se quam qui fortissima vincit
Mænia, nec virtus altius ire solet.

Grandia conamur tenues eſt inſpiciendum
An ſint concordes vires quibus hoſtis abundat.
Quid brevi vani meditamur ævo, *Horatius*
Multa quid terras aleo calentes
Sole mutamus, Patriâ quis exul
Se quoq; fugit.
Vivitur parvo bene cui Paternum
Splendet in menſa tenui Salinum
Nec leves ſomnos timor aut Cupido
Sordidus adfert.
Nulla ſors longa eſt dolor & voluptas *Horatius.*
Solus hic felix animo qui forti ſuſtinet omne.
Tu ne cæde malis ſed contra audentior ito
Quo tua te ſors æqua jubet contemne procellas
Et qua parte potes, quæ ſunt tua juſta require *Ovidius*
De ratione juſtitiæ eſt reddere cuiq; ſuum.
Iuſtitiam veteres Aſtræam jure vocarunt *Labe*
Iuſtitiam terris quod magis Aſtra colant.

Eſt bona libertas ſed peſſimus ejus abuſus,
Dum ſibi perverſi cuncta licere putant. *Skop.*
Quis quis honoris amans faciat quod cernit honeſtum
Hoc illi placeat quod Themis alma jubet.
Rebus in adverſis meditatur plurima quivis *Skop.*
Pauca facit medio defficiente ſibi.
Quæ radice caret velut Arbor diſperit omnis,
Sic perit omnis inops qui caret auxilio.
Paulum ſepultæ diſtat inertiæ cælata virtus,
Virtutem voluere Dij ſudore parari.
Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis. *Ovidius.*
Scire tuum nihil eſt, niſi quod ſcis te ſciat alter.
Omne bonum natura ſua eſt Communicativum,
Sola bona quæ honeſta.
Hinc Sapientes *Bonũ utile & honeſtũ. Identificant & tradũt per convertentiam.*
Non eſt bonum, niſi utile, non eſt utile, niſi bonum.
Et ſic de honeſto quod omnibus præſtantiſſimum.
Qvia Sola bona quæ Honeſta.

Notata ex Marcello Scaligero Palingenio. Stellato, Poeta Florentino.

DUm vacuus populis Orbis fuit omnia, vasta
Dum nostrum durum genus auctum Devcalione,
Tunc odio sterilis Mulier fuit hancq; probabant
Quæ reliquis fuerat fæcundior illa beata.
Dicta fuit, quæ Mater erat quam pluribus una
Ut Niobe quæ se præferre est ausa Latonæ.
At nunc dum populo sunt omnia plena nec ipsa
Terra potest sufferre suum genus ipseq; Pontus
Conqueritur ratibus quod jam sit sub juga raptus.
Conservare nequit Nereides, tutus ut ante,
Servabat, vacuum, iam reddunt piscibus æquor.
Myrmidones avidi, iam Pontus plus alimenti
Suppeditat, terrâ multis & in æquore natis
Præripiunt homines tandem sua Regna Balenis

Inquæ ſuas prædas ducunt immania Cæte.
Sic ſterilis mulier tandem laudatur & alto
Sub titulo Caſtæ, Monachis extollitur aſtris.
Excrevit quorum numero iam Copia major
Cum tamen & Mater merito ſit caſta vocanda
Legitimo quæ juncta Viro ſine crimine vivit
Munditijſq; pudica Domus pia fædera ſervat
Alteriuſq; manu metuit ſua pectora tangi
Veſtitu, geſtu, verbis oculiſq; modeſta.
In quæ timore Dei Prolem conſervat eamq;
Iuſta docet Patriæ munimenta ſibiq; futura
Hæc eſt caſta mihi Mulier laudemq; meretur
Præ reliquis alijs eſt conſervanda colenda.
Nunc ſteriles clauſtris tandem laudantur & altis
Sub titulo Caſtæ, Cælis extollitur ipſis
Quæis nihil utilius generi nil dulcius omni.
Frugiferæ ſterilis tandem præfertur en Arbor
Arbor homo eſt etenim quodcuncti docte fatentur

Philoſophi Chriſti tandem quæ lege cremanda
Et tandem venient ea tempora quod prohibebunt
Legitimos Thalamos, ut iam non omnibus illud
Concedatur, enim proprijs Domus inclyta quæq;
Hoc primogenitis Ius dat, pars cætera Fratrum.
Vel Rigidum Martem, vel Clauſtra neceſſe ſequatur
Inde vides tantos Generoſis Stirpibus Ortos
Clauſtra ſequi tantas turmas, nunc Spirituales
Ut ſuperent ipſas conductas Marte Cohortes,
Ad defendendum Patriam quæ pluris habenda.
Omnia pro Patria qui ſunt ſufferre parati
Hanc defendendo propriam quoq; perdere vitam,
Patria ceu primis Tutoribus omnia debet
Ut pote qui cunctis Summæ ſunt utilitatis.
A Laribus proprijs armis dum pellitur hoſtis
Illarumque ſimul virtute & dexteritate.

Item ex

Item ex Zodiaco vitæ Humanæ Marcelli ejusdem Stellati Poetæ Lib: 2do. Fol: 31. Notata vel Excerpta.

QUid de illis igitur dicam qui cælibe vita
Contenti, dulcem non curant gignere Prolem
Sed steriles obeunt radicitus & moriendo
Post Cineres iam nulla sui munimenta relinquunt
Hi pereant certe non modo verum dicere fas est
Arbor nam sterilis Christi delege cremanda.
Quis nisi mentis Inops Urticas laudat iniquas
Nascitur indigne per quem non nascitur alter
Indigue vivit per quem non vexerit alter
Qui tamen aut morbo aut alia ratione tenetur
Quo minus his possint uti præsiq; Maligna
Paupertate timent mendicam ducere Prolem
Aut qui Cælestem sapienter ducere vitam
Interris cupiunt, quorum rarissima turba est.

Nubere Paulus agit melius quam turpiter uri
Et non eſſe bonum ſolum, Deus ipſe fatetur.
Tunc hominem quando benedicens *creſcile dixit.*
Et replete ſolum, Páradiſi maximus ordo
Conſtet inter homines quem non ſanxere ſed ipſe
Illius eſt Dominus ſnmmus fundator & Author.

Jtem ulterius Fol: 40.

ESto autem quod Veſtales ipſaſq; Sibillas
Virginitate ſua vincat Cælo dignior utra eſt
Utra eſt Nobilior ſterilisne an fertilis Arbor
An quæ terra ferax an quæ nil gignit Arena?
Fertilitate ſua viventia cuncta probantur.

PARS

PARS SECUNDA

EIDEM DICATA PRINCIPI.

AB

Eodem GEORGIO CAROLO, Equite

SKOP.

PRincipum quorum genius protervus
Perdidit Bello Latium cruento
Sola primatus ratio quod egit
Concino gesta.

Qui pari tristi cæcidere fato,
Marte qui nullo potuere vinci
Fraude perversa periere fidos
Inter amicos.

Magnus eſt ceſus fugiens ad illum
Cui decem tutor dederat talenta.
Poſſit ut Bellum Patriâ repulſus
Continuare.

Cæſar occiſus medio Senatu,
Quando Dictator voluit vocari
Non tulit turgens Dominum Senatus
Ambitioſum.

Caſſius primus grave vulnus infert.
Quem Senatores reliqui ſequuntur
Irruunt tanquam rigidi Leones
In ſua fata

Iamq;

Jamq; proſtrato geminat feroces
Ante Pompeij morientis aram
(Nulla quos virtuts pietaſqꝫ movit)
Vulnera cuncti,
Jntuens Brutum moribundus inquit:
Hanc nè meriedem ſcelerate reddis
Te quod è fimo puerum levavi
Dotibus auxi,
Heu mihi? quanti pereunt in Orbe
Dum nimis fidunt proprijs amicis
Hoſte pejores tacitè doloſos
Experiuntur.

Jndè mundano nimium favori
Cautius credas, nimis ille fallit,
Jn vijs cunctis furijs ſtipata
Regnat Erynnis.

Jdq; preſertim Dominis notandum
Ne fidem ſervis tribuant in omni
Cui ſciant fidant laqueis eorum
Necapiantur.

Deſipit quisquis cito cuncta credit
Et ſuis fidit nimium propinguis
Ianuam Matrem fore norit omnis
Credulitatem.

Celſi-

Celsissime S. Romani Imperii Princeps Domine Colendissime.

OBsequijs nostris præmissis mitto salutem
Mittere rem si quis qua caret ipse potest
Transmitto pariter conscripta labore recenti
Europæ brevibus Regna Ritumq; statùs.
Sint ad majorem numerum quorum arbiter ipse
Esse potes, si sunt concilianda Typo
Sic licet ignarûs miscetur sæpè perito
Prælia dum fiunt Armiger Armigero.
Hoc Commune patet, quo fiat Copia major
Impletur numeris deteriora bonis
At meliora forent, si tempora commodiora.
Nostra forent miserum comprimit omne malum
Carmina tranquillæ sunt mentis & otia quærunt,
Non solet in mestos Musa venire Thoros.

Nec Domus apta ſeni, nec cibus, congruus ægro
Nullus adeſt medica qui levet arte malum.
Quo miſer afficior non eſt qui præſtet Egeno
Rebus in adverſis ſic velut ante manum,
Attamen aſvetus muſis licet æger inopſq;
Triſtia Carminibus tempora fallo mea.
Cunctorum præſens noſtrorum cauſa malorum
Economus liceat ſcribere vera mihi.
Propitij Superi tribuant ut cernere lætam
Poſſit adhuc faciem noſtra ſenecta tuam.
Virtuteſq; tuas grandes & geſta decora
Fas quantum fuerit continuare queam
Hocce mihi fuerit Solamen Cardine vitæ
Virtutum laudes connumerare tuas
Ut Cæpi vates cupio tuus eſſe fidelis
Atq; Cliens conſtans quo mea Fila ſinent;
Iam mihi defficiunt vires, mens, Ingeniumq;
Quo gravius nihil eſt Lumina defficiunt

Labitur occultè falitq; volubilis ætas
Nec bona tam ſequitur quam bona prima fuit
Confiteor facere hoc annos ſed & altera cauſa eſt
Defectus rerum, namq; bibuntur aquæ
Commoditate frui vult quælibet ægra ſenecta
Aſperius nihil eſt morbida ſi ſit inops.

Officina Podhorociana,

HAs laribus proprijs & cunctis utilitati
Extructas Ædes quilibet eſſe ſciat
Marmore non Phario nec Palladis arte ſuperba
Sed Patrio veteri condita more patent.
Inde viatorum conformior utilitati
Proſtat equis ſervis curribus apta quies.
Et mercatores ubi res deponere poſſint
Securè proſtant commoda multa loca.
Struxerunt alij nobis nos inde viciſſim
Hæc alijs ſtruimus ſed quibus hocce latet.

Spes tamen in Domino quia Caræ posteritati
Aut alijs quorum jus meritumq; feret.

Ad Celsissimum Principem JOSEPHUM JABŁONOVIUM Dap: M.D.L. Mæcenatem, Skop Anglus.

NIl magis exornat sobolem quam Stemma vetustum
Hoc Proavum gestis quemque probare decet
Ast quisquis gestis duntaxat fulget Avorum
Alterius plumis algida floret avis
Tu gestis ornas Proavorum propria gesta
Tu quemvis Tytulum falce decente legis

Idem.

SI quid est usq; à Proavis vetus Ordinis Hæres
Militiæ numero, non modo factus Eques.
Et neq; divitijs nec paupertate notandus
Contentus propria sorte statuq; meo.

Juvenalis de Demosthene.

SI eloqvium quæras Demosthenis aut Cyceronis
Eloquio sed uterq; perit huic lingua recisa
Hic tanquam vetulus, perijt Bos cæsus ad aram
Fortem posse animum & mortis terrore carentem
Qui spatium vitæ extremum inter munera ponat
Naturæ nullum numen abest si sit prudentia, sed te
Nos fortuna Dæam facimus cæloq; locamus.

Skopus.

PRincipis ad mensam decet ut modestus in omni
Compareas modicumquæ bibas & pauca loquáris
Pauca velim prudens & præmeditata loquaris
Propria ne noceat, lingua diserta tibi
Incaute verbò prolata sæpius uno
Sensa tuæ mentis prodere lingva solet
Quam sit scire loqui, plus longe est scire tacere,
Quí tacet ille sapit, qui sapit ille tacet

Plus Cycerone ſapit nec non Demoſthene longe
Os claudens digito maximus Arpocrates

Sententiæ Morales.

PUlchrius eſt certare bonis virtutibuſq; ingenioq;
Quam mavorte ferro, qui dubius nimis eſt
uſtitia cærta geſtis probitateq; vitæ
Hac animos etiam ſubdere parte potes.

§.

QUas DEUS ærumnas pro noſtris ſæpè nefandis
Actibus immittit qui patienter habet.
Cuncta voluntati, divinæ mente quietus
Committit laudans magnificanſq; Deum
Hic cum Iob refert, tum tempore proſpera cuncta
Quæ patitur brevibus tranſibunt cuncta ſiniſtra.

Sententia,

JNtra te ſerva quæ ſcis, non cuncta revela
Ut poſſis laribus tutior eſſe tuis

Manu-

Mancipium fies; tua ſi bona noverit alter
Non plus ſecretum quod ſciet alter erit.

Aliud.

ET Venatores cautos nimis expedit eſſe.
Sæpe necat Dominum Præda petita Lepus.

Aliud.

SEptennis Iacob pro te Lia ſervit annis
Poſt alijs ſeptem ſervit inde Rachel.
Septenni obſequiò mea penna lucratum utramq;
Theologia Lia Philoſophia Rachel.

Principi JABŁONOWSKI Capitaneo Czehrinenſi.

VElleris aurati quem præfers Iaſonis Agnum
Virtutem ſummam prædicat atq; genus
Sunt rari Titulus quos tantus tangit & ornat
Magnatum præſtans hocce Ducumq; decus.

In tempora Bachi.

Tum quoq; Leopoli nunc omnia dedita Bacho
Confluxu gentis Biblioteca tacet.

Musarum cantus contemnunt Orgia Bachi
Deditus illecebris Delphicus ipse tacet.
At post quam fuerint finita hæc Orgia vana
Adveniam Studium continuare meum.

Celsissime Princeps.

DA veniam quod non veniam, quia tempora Brumæ
Dura nimis prohibent continuare vias
At postquam fuerit melior. Clæmentia Cæli
Castalidum Lymphis promptus adesse volo.
Nunc spernit rugiens Leo canitus Castalidarum
Illecebris Bachi cessit Apolle Locum.
Nunc indulgendum Bromio nunc Iura Lyæi
Cum Curijs etiam Orgia continuant.

Ex Salustio Principe Philosoph: & Poeta: solvi omnia possunt Argumenta.

Est immensa modis varijs Divina potestas
Entis supremi, quod dirigit omnia motu

Perpetuo iuſtoq; nimis, ſimul ordine cuncta.
Hoc quod ſit ſcimus, ſed quid ſit nos latet ægros
In tènebris hujus mundi nimis illaqueatos
Cælorum ſeries ſe ſic extendiet ut Ejus,
Aſſignare nefas ſic finem principiumq;
Hinc â cælando Cælum de jure vocatur.
Et terram punctum reſpectu dixeris eſſe.
Ut plures Cælos ſic mundos Plato fatetur.
Sed quales Superis duntaxat cognita ſunt hæc
Inde tamen ſequitur vacuum quia non datur in re
Entia ſemper erant & erunt, ſemperq; fuere.
Sed quæ ſint miſeros in terris nos latet ægros
Nec datur Ens ullum quod motum poſſit habere
Præter perpetuum Supremum mobile primum
Unus ſupremus rerum moderator habetur.
Fortiter æterno motu tum ſvaviter omne
Promovet & nulli facit ut violentia fiat.
Ignotum totum quod fiat in Ordine nobis
Mirari tantum cunctis non ſcire licebit.

Misera Conditio Vitæ Humanæ.

ES Puer, ut Iuvenis sis votis omnibus optas
Es Iuvenis tempus quæris adesse Viri
Vir cupit esse Senex, cum sit veneranda Senecta
At miseranda magis, quam veneranda venit
Hinc illi requiem de jure præcare iacenti
Cum justis referat præmia Sydera.

Veneranda Vetustas.

DIcitur effato veteri Veneranda Vetustas. *Skop*
Vix est posteritas nunc veneranda minus,
Ut deridemus, Veterum plerumq; Statuta
Posteritas spernet sic quoq; nostra tumens
Ut nos censemus meliores qvalibet Arte
Et Leges nostras credimus esse bona
Sic se censebant veteres probitate priores,
Et violare fuit, grande statuta nefas.

Lege caret fatum non evitabile cum ſit
Lex autem fato, vix caret ulla ſuo.
Nil conſtans & nil certi ſub ſole videmus
Quæ tellus profert omnia diſpereunt
At ſi nos animo meliores aſtra viderent
Tempora dura modo proſperiora forent.
Hinc brevibus: venia ſint horum talia dicta
Qui pluris cenſent ſæcula præterita
I nunc per cunctas gentes, has qualibet arte
Invenies claras conſpicuaſq; magis.
Aſpice Turcarum, Moſcorum, Sauromatumq;
Progeniem, quam ſit qualibet arte decens.
Effera quæ fuerat quondam turpiſq; rudiſq;
Quam nunc ſit varijs culta decenſq; modis
In ratione ſtatûs quàm rem bene dirigat omnem
Clara viris nec non proſpera belligeris
Hos hic externa de Gente tulere Magiſtri.
In quovis quod ſint Ordine conſpicuj.

Contemptos quondam claros fecere Magistri
Arte rudes varijs erudiere vijs.
At sicut ratio virtutum crescit in Orbe
Sic o grande nefas! frausq; dolusq; vigent
Non opus est illis hac in ratione Magistris
Defectus rerum multa nefanda docet.
At scelus & vitium gens est prodivior omnis
In cunctis fraudes, gentibus ecce vides
Obrutus erumnis est quilibet Ingeniosus,
Et tanquam cæcus crimen in omne ruit.

Axiomata Pòetico Medica.

SI tibi defuerint Medici, Medici tibi fiant
Hæc tria, mens hilaris, requies, moderata dieta.

Aliud in contra Horatij.

CErnis ut ignavum corrumpant otia corpus
Ut capiant vitium ni moveantur aquæ.

Aliud in contra Ovidij.

OTia corpus alunt: faciesq; reducitur ægris
Hæc reparat vires fessaq; membra levat.

Præcipua Regna Europæ.

EUropa caput est Hispania jure vocanda
Prædita Divitijs Ingenioq; simul.
Principibusq; statûs qui grandes jure vocantur
Præcelsi cum sint magnanimiq; simul
Ejus Dextra manus Latium Paradisus id Orbis
Censendum, quavis fertilitate potens
Præsertim vero quo nil prætiosius omni
Eminet in cunctis dotibus ingenuis
At vicina cui fert Gallia multa sinistra
Præsertim bellis dedita perpetuis
Europa vocitanda manus de jure sinistrâ
Vicinis bello multa sinistra ferens

Europa pectus tellus Alemanna vocanda
Pectore quæ forti ſeque ſuoſq; tenet
Pes ejus dexter Moſcovia Sauromatæque
Pes Anglus Scotus Belga ſiniſter eris
Quæ ſpectant ventrem vel cætera poſteriora
Sunt gentes quales ultima Zona tenet.

Præcipua Regna Europæ
Hiſpania Magnanimis.

TEmporibus primis hanc alto Nomine ſanxit
Stellarum Princeps Heſperus Heſperiam
Nunc vero Nomen profert Hiſpania, quod ſit
Hiſpida vel turgens montibus aſſiduis
Mente ſuâ tumidâ ſuprema cacumina tangit
Gens Ejus Titulis ambitioſa nimis
Conſtantes tamen hos in quavis Parte graveſq;
Cernimus; illorum verba notare juvat.
In rebus cunctis excellunt Ingenioſi
Seu bona ſeu mala ſint nil mediocrè tenet. Gens

Gens fera Celtiberum quæ proxima ſevit in armis
Montibus in duris plæna latrocinijs
Divitijs inhiant Grandes nimis æris avari
In luxu ſuperant cætera Regna ſua.
Libertate ſua cenſent ſibi cuncta licere
Præſidijs miſeris gentibus inde graves.
Excelſos referunt animos,, ſed non ſine cauſa,
Præcipuis Orbis prædominando locis
Quæ nimij cauſa iam plurima preſſa rigoris
Deficiunt, juſto præſide quando caret —
Plurima Regna licet pereant Terraq; mariq;
Integra Celtiberum permanet ambitio
Sed cur hæc memorem ſi Natio ſe meliorem
In proprijs oris quælibet eſſe putat
Sint quavis Traces prædones totius Orbis
Indomitiq; Scitæ Baſſarebæq; feri
Et plures alij quos nequeas enumerare,
Ne fors Cenſuram noſtra Talia ferat.

Contemnunt multas alias ſine crimine gentes
Et cenſent alijs ſe magis eſſe probos
At poſtquam peragrant alienas ſepius Oras
Tunc primum vitæ quæ meliora vident
Hoc ſimul Hiſpanos tangit quia propria tellus
Hiſce placet ſpernunt extra cuncta loca
Celtiber externis in Oris n fors ſit ratio criminis atq; fugæ
Ut Deſertores Caſtrorum ſive marini
Prædones quorum copia magna nimis
Qui ſpolijs avidi Terramq; fretumq; potenter
Denudant tandem dant metuendo fugam
Horum montoſæ ſunt tam telluris amantes
Hanc extra non ſe vivere poſſe putant
Terra licet ſterilis tamen eſt nimis indiga gentis,
Montibus & duris in via fluminibus
Præſidijſq; carent qua cauſa trans fretà vaſta
Regna rebelando maxima deſſiciunt
Inde rigore gravi Dominantes quivis abhoret.

Faſtidit

Faſtidit rigidos quos ſatiare nefas
  Quid quid agunt faciunt cum ſumma Proſopopeia
A juſto quamvis diſſona juſta putant
  Ne fors incurras odium, fac mox reverenter
  Atq; probes quidquid Grandis Uliſſes agit.

JTALIA Centrum Virtutum.

A Iano latium primi voluere vocari
  Ianiculam, quorum tunc fuit ille DEUS
Poſt à Saturno fuerat Saturnia dicta
  Italus Italiam deniq; dixit eam
A latitando demum Latij voluere vocari
  Unde ſuum Nomen Lingva latina tenet.
Auſonij vero communi voce vocati
  In medijs ortos montibus Auſonijs
Quos tandem toto fere mundo prædominantes
  Propria diſcortes perdidit ambitio

Qua Summæ Gentes virtute fuere ſubactæ
Civili Bello Cæſare facta fuit.
Gens quæ ſub Cælo præſtantior altera non eſt,
Virtutum quovis munere conſpicua.
Utilitate ſua grandi quia floret ubiq;
Urbibus Emporijs eminet Illa nimis
In quavis Rerum præcellit proſperitate
Præſertim Grandi Nobilitate ſua
Diverſæ gentes numerantur in Orbe Potentes
At non in quovis munere conſpicuæ
Aſpice Celtiberos Hæroas Marte potentes
Civiles Celtas Belligeroſq; ſimul
Artibus in varijs præclari ſunt Allemani
Anglia navali claſſe ſuperba tumet
Sunt vario varijs virtutum munere clari
Prævalet hic armis eminet ille toga
Auſonij quavis virtutum dote refulgent
Præſertim Genus hoc eminet ingenio.

Ut

Ut fuerat quondam Romána potentia ſumma
Sic nunc prædominans floret ubiq; loci
Nec Venetos Siculis præponas aut Genuenſes
Aut Longo-Bardos fortibus Allobrogis
Aut Florentinos Tyberinis ſive Lucanis
Arbiter Illorum nec Radamantus erit.
Magna nimis lis eſt quis ſit præſtantior horum
Supræmos inter Delphicus ipſe probat
Palladiæ cuncti ſumma Virtute refulgent
Excellunt omnes qualibet arte ſtatûs
Sunt omnes merito laudandi tum venerandi
In quovis vitæ munere conſpicui.

Gallia Sedes Politicorum.

GAllia fert alacres animos & idonea bello
Pectora, Celtiberis inclita Belligeris.

Acria bella gerunt cunctis cum Gentibus illis
Vicinis fato ſæpius ancipiti
Et quamvis multi peccant nil Patria curat
Suſtentare genus dum nequit illa ſuum
Viribus excellit Germanus Celta ſed arte
Cum nimium ſit Gens ingenioſa valet
Inter utroſque ſolent fieri fortiſſima bella
Conflictus horum Delphicus ipſe ſtupet
Nec ſcit cui Palmam tribuat quia dignus uterque
Eſt Lauro belli quem meruere Duces
Utraque ſi gens hæc in pace quieta maneret
Et non tentaret prælia perpetuo.
Vicinæ gentes his armis debiliores
Debellarentur, Pax tibi Rene foret
Perfida Luna foret Tracum minor ambitioſis
Quæ noſtris rixis crevit & intúmuit
Terraque ſancta foret nunc libera quæ miſeranda
Cogitur aſſidue dira tributa dare

Quòd.

Quodve nefas ſummum Solimæ Dominique Sepulchrum
Opræſſum tantis non foret ecce malis
Nec loca Sacra Deo durum nudata per hoſtem
Ingemerent, quorum plurima ſtrata iacent.

Græcia Tragedia Calamitatum.

HEu periit toto celebèrrima Græcia mundo
Quæ ſummis geſtis inclyta ſemper erat
Virtutum nutrix & Princeps Divitiarum
Excellens cunctis artibus ingenuis
Principibus ſummis celeberrima Philoſophiſq;
Perpetuum quorum nomen in Orbe manet
A quibus omne genus trahimus Virtutis & æqui —
Caſtalidis iunctus Delphicus ipſe perit. —
Qui prædicebat cunctis quæcunque futura
Heu mihi! neſcivit damna futura ſua —
Tres Orbis partes quas denudaverat Hydra
Baſſarabûm ſemper plura vorando cupit.

At poſſet

At possēt vinci si Regum mens foret una
Sunt quoque nunc fortes Amphirtioniadæ.

Germania Centrum Heroum.

JN medio gens hæc Europæ dedita bellis
Assiduis, Princeps hisce Tuiscus erat
Author Trojanus Dux Gruno clarus uterq;
Urbem fundavit nomine quisque suo.
Gens hæc in medijs quia fortibus insita Regnis
Assidue vigilans acria bella gerit
Hińc exculta modo fert prospera bella nec ulla
Martis in Officijs clarior esse solet.
Hinc varias gentes sua sub iuga misit, & illis
Imperitat quorum nunc quoqve jura tenet.
Belligerando mori quàm vinci pectore forti
Elegere quibus gloria marte mori
Intrepido pugnant animo constanter, in hostem
Insurgunt omnes Ordine legitimo.

Hac Romanorum ſupræma Potentia gente
 Fracta fuit, quorumvis fuit æqua Dijs
Auſoniæ primi fregerunt cola ſuperba
 Dux quorum Druſus tunc quoque cæſus erat
Ac tandem Varro cunctis Legionibus ejus
 Deletis acie turpiter interijt.
Vincere quos poterat nimium temerarius auſu
 Circumventus erat, cæſus ad interitum
Imperium Latium ſumma Virtute ſubactum
 In Germanorum ceſſerat imperium
Hi quoque Biſtoniæ fregerunt cornua Lunæ
 Indomitum mittunt ſub juga Danubium.
Pluraque nec dubium retuliſſet ab hoſte ſuperbo
 Si non a tergo Celta negaret eum
Perpetuum qui iam cum Turca fædus inivit
 Armaq; ſuppeditat, Belligeroſq; Duces
Nil tentare poteſt Cæſar dum Gallus in armis
 Perverſos Traces inſtruit atq; iuvat

Turcica Luna ſimul Regis Virtute Ioannis
Ecclipſim paſſa eſt quod meminiſſe iuvat
Dum retinet, Reges concordia fauſta fideq;
Succeſſus fauſtos Bella referre ſolent.
At nedum Martis ſed Pallados arte refulget
Gens hæc excellens Artibus ingenuis
Iuſtitiæ lances ſtricte conſervat in omni
Præ reliquis decus eſt gentibus hiſce Themis
Parnaſſo tandem cum Muſis ceſſit Apollo
Purior eſt factus Nomine reque ſimul.
Quem Socij Ieſu conſtanter purificare
In iuſto vitæ munere continuant.

Hungaria Amphitheatrum Tragediarum.

ASpera terra licet ſed quavis fertilitate
Terreſtri felix, hinc fera luxuriat
Illorum primi referuntur Iaziges acres,
Idque probat horum per fera bella genus.

Pannones

Pannones tandem vocitati Pan Deus illis
Dardanidum nomen contulit hocce decens
Ex Dominis Sclavi Romanis deniqve facti
Sunt tandem cuncti Victima perpetua
Hunnorum postquam gens barbara cessit ad illos
Postremo gens hæc Hungara dicta fuit.
Effera progenies quæ nunquam visa fuisset
Infecit quovis crimine Danubium.
Ardua bella gerens nunquam vult pace manere
Plus audet vecors viribus indomita.
Excusanda tamen iusta ratione vel inde
Defendit Patriam quamodo parte potest
At quum sint armis graviores illius hostes
Coguntur pulsi propria deserere.
Undique vástantur quamvis sit fertilis ora
Cuncta nequit cunctis suppeditare vijs.
Et captivantur præsertim tracibus ipsis
Assidue fiunt Victima perpetue.

Infelix Regnum quavis a parte potentes
Vicinos hostes quod tenet inde gemit.

Polonia Apex Principum.

E Scitia Celebris primaria Gentis Origo
A Slavis Ducibus corroborata fuit.
Sauromatæ tandem dicti, nunc vero Poloni
A campo quorum Gloria campus erat.
Sive Polo potius merito vocitare, vel inde
Arctoo quod sint sub meliore Polo
Libertate sua qua nil pretiosius Orbi
Uti si sciret gens ea clara sago
Hercule nemo foret sub sole beatior illa
Principibus par est nobilitate sua
Et quamvis opibus superentur sæpe minores
Sunt Libertatis Conditione pares
Ut fuerat quondam Romana in gente potestas
Hocce ritu regitur Natio sarmatica.

Hos Electores Regum fore noveris omnes
Cum Ducibus populus ſic fuit Auſoniæ.
Omnibus in campis his Electoribus amplis
Illorum Rex fit qvilibet arbitrio
Nil tentare poteſt populo renuente Senatus
Publica dum fiunt irrita cuncta ſcias.
Hinc nimium tardo ſuccedunt omnia paſſu
Multorum capitum quòd regit Arbitrium.
Quod ſpectat Commune bonum rariſſimus ille
Qui curet: proprijs omnia proſpiciunt.
Quiſque ſuis Laribus quæ ſunt magis apta requirit
Hinc urbes arces mænia defficiunt
Terra parens generis ſic deſolata laborat
Ingratam ſobolem dum videt inde dolet
Omnia nobilibus ſubduntur & hiſce reguntur
Nil tentare poteſt Rex renuente ſtatu
Nobilium Cælum ſic jure Polonia fertur
Communis gentis triſtis avernus erit

Gentis Idumeæ paradiſus præſidiumq;
Præ reliquis cujus maxima perfidia
More Locustarum quæ progeneratur ubiq;
Vix his in quavis iam datur urbe locus
Vix ſufferre poteſt ſcabioſam Patria gentem
Quæ nimium ſordens inficit omne genus
Aſpice quam creſcat dilateturq; per orbem
Omnia præripiens quæ meliora videt
Libera ſunt illis Regni comercia cuncta
In cunctis nimis eſt ingenioſa dolis
Quæ niſi maturè Patriis pellatur ab oris
Colluvies, periit natio Chriſtiadum.
Gentis Idumeæ Rex es Friderice futurus
Qui ſolo Rex es nomine Sauromatum.

Anglia Statera & Pondus Europæ.

CAndida Chriſtiadum dum ſæcula prima fuere
Dexteritatis amans Angelus Anglus erat.

At nunc

At nunc defecit temerarius a paradiſo
Decepit pariter fæmina dira Virum
Angelus eſt factus Cacodæmon Rex ſine mente
Henricus rectas deſpiciendo vias
Dexteritas & priſca fides violata receſſit.
Spreverunt trinum dum tria Regna Deum
Unius ob vitium ſcorti pia fædera rupta
Cum ſummis damnis totius Imperij
Qua cauſa fiunt triſtiſſima bella per Orbem
Cum ſummo luctu Sedis Apoſtolicæ. —
Ut Trojæ Scorto fortiſſima capta fuere
Marte Decennali Pergama Tyndaride
Tyndaridi ſimilis ſic pernitioſa Bolena —
Rex Paris Henricus perfidus alter erat
Unio ſic Regni nimium pretioſa perivit
Unio dum fidei ſancta rejecta fuit.
Maxima damna ferens Chriſti deplorat ovile
Crudeli multi diſperiere dolo.

Expensis multis gymnasia structa piorum
　Surreptis cunctis exspoliata iacent.
Gente lupis pejor nunc est dum spernit ovile.
　Legitimum Domini dilaniatq; ferox.
Agni Cælestis constanter signa ferentes
　Persequitur nec eos pace manere sinit
Quæ fundaverunt veteri Pietate priores
　Surreptis opibus diruta Claustra iacent.
Quæ quondam Domino pia gens Lætare canebat
　Tristis in exilijs jam miserere canit.

Moscovia Tellus Mancipiorum.

MOscus in Arctois miserabilis incola terris
　Regnat ubi Boreas, frigore perpetuo
Riphæis Tanais rigidis in montibus Ortus
　Qui populis propter frigora summa caret.
Danubio Tanais similis fert maxima damna
　Exundans late proxima dilaniat.

Huc illuc errans qua flectitur ampliat Orbem
Eſtque nocens cunctis proximitate ſua.
Hinc quondam Gentes errabant more ferarum
Alter in alterius damna necemq; ruens.
Ibant turmatim Laribus volitando relictis
More Locuſtarum quâ modo terra patet.
Omnia conſumunt nec fas ſatiare nec illas
Pellere, vel ferro vincere Regna qveunt
At nunc terribilis non plus migratio gentis
Cernitur, impediunt fortia præſidia
Nunc opus arte bona quiſquis ſubſiſtere quærit
In rebus cunctis eſt opus ingenio.
Seu bona ſeu mala ſint tentantur cuncta per artes
Certius omne tamen quod probitate datur.
Hinc poſtquam Moſcus ſtolidus converſus ad artes
Altera Regna quibus nobiliora nitent.
Dum tractare ſimul commercia cepit & arma
In rebus cunctis eſt modo proſperior.

Conducit novos Præfectos atq; Magiſtros
Martis in Officijs altius ecce ſapit.
Contempti nuper fere cunctis Gentibus Orbis
Excultos armis hos modo quiſq; timet
Cenſebat Moſchos Muſcas gens dira ſuena
Atque ſues veteri ſimplicitate rudes,
At Culices illos Arctoos ecce nocivos
Et veſpas rigidas invenit illa modo.
Aſpice quid faciant nunc Martis in Ordine forti
Horum Virtutis Pultava teſtis erit
Et *Narvam Varnam* ſimul illis clade futuram
Se quod laturam credidit ipſa tulit
Succubuit tandem nuper cantando triumphos
Svadeo nec Muſcas ſperne ſuperbe Leo
Hinc in ſubſidium variæ nunc præſidiumq;
Hos quærunt gentes & venerantur eos.
Partibus in cunctis qvantumque ferocibus Orbis
Quid faciant Artes aſpice Palladiæ.

Propitij

Propitij Superi victricia tella ſecundent
Ut quoque trans Tanain clarius emineant.
Tollere quo poſſint prædones totius Orbis
Indomitos Traces Cherſoneſumq; trucem.
Trans Pontum tendant Domini ſalvare Sepulchrum
Quòd Tracum rabies oprimit aſſidue
Excoriatq; nimis varijs ſine fine tributis
Nec parcit ſacris barbara turba locis
Denudata iacent Domini ſacraria cuncta
Opræſſos nec qui ſalvet ab hoſte datur.

Svecia Vagina Gentium.

MArtij conſtet Generis Potentem
Sveciam trino ſolio tumentem
Quæ demum Bellis tenuata duris
vix tenet unum.
Hanc ſimul gentes aliæ coarctant
Atque conſtringunt merito ferocem
Dum ſolent gentes minimum nocentes
depopulare.

Hic Venus Marti favet inquieto
Dum ſuis natis nimis ampliatur
Et nequit cunctis alimenta vitæ
ſuppeditare.

Dives eſt tellus varijs metallis
Ac demum ferro, hoc utinam careret
Quo ferox gentes ſolet undequaque
depopulare.

Piſcibus pontus varijs abundat
His magis vivunt onerant Carinas
Proximas mittunt varias in oras
fænore magno.

Vandalos Gottos gelidoſq; Finos
Atque Norvergos rigidos Suenos
Procreat tellus glacialis urſæ
noxiá cunctis.

Hæc pariter Bromius temeravit regna Venuſqve
Hæc cunctas gentes contaminare ſolet. Sola

Sola Ceres terras Arctoas atque Liæus
  Horret & alma fides cesserat hisce locis
Hinc fæcunda licet sit frigida Svecia gente
  At quavis frugum fertilitate caret.
Et vi perquirit loca fertiliora per orbem
  Quum tellus his non propria sufficiat.

Norvergia Centrum Calamitatum.

QUid de Norvergis censendum tempore Brumæ
  Perpetuis tenebris quos premit atra fames
Frigore præ nimio diris latitando cavernis
  Opræssi nivibus tempora dura ferunt
Perque novem menses viventum dixeris esse
  In qvibus oclusa vera sepulchra domus.
Estivoque brevi coguntur tempore cuncta
  Quæ spectant vitam suppeditare sibi.
Hic vomit Hecla focum par Ætnæ sidera tangens
  Flamma curàt minimum frigora summa nivis.

Perpetuis

Perpetuis ventis quo fortius illa movetur
Acreſcens ignis fortius alta petit.
Oſſa Balenarum tectis munimen & hortis
Eſſe ſolent, quorum copia magna nimis.
Ex his & Menſæ tum valvæ conficiuntur
Et fiunt varijs ſcrinia ſtructa modis
Quæque magis domui ſunt commoda ſunt pretioſa
Hinc domus eſt illis oſſea nobilior
Cætera gens latitans ſpeluncas inter opacas
Nec lucem novit menſibus arcta tribus.
Atque vias vitans immenſi frigoris ergo
Præ nimijs nivibus invia cuncta patent.
Pellibus Urſorum muniti ſive Luporum
Ut ſufferre queant frigora continua.

Dania Arctoum Decus & Emporium

DAnia Dives aquis quibus undiq; cincta laborat
Quæ munimen ei dant aditumq; negant.

Invictam

Invictam Natura situs tutámq; reservat
Plus illi terris est mare pacificum
Plus Neptunus ei fert lucri præsidijq;
Hisce favens quamvis sit simul alma Ceres
Artibus in varijs nimis ingeniosa probatur
Urbibus & Studijs inclyta Palladijs.
Gens antiqua potens prognata nepote Noemi
Virtutum quovis munere conspicua
Mitior hinc gens est alijs quoque gentibus Orbis
Ursa furens ventis quas glatialis habet.
In medio Pelagi Neptūnia clara propago
In latum ponit propria jura mari
Armigeris præstans juvat extera Regna suisq;
Maxima Præsidijs sustinet Emporia

Hollandia Princeps Divitiarum.

PActolus aut Hermus quod fert aut Tagus in auro
Uno congestum hoc noveris esse loco.

Mirandum tamen eſt quod Princeps Divitiarum
Alterius iam ſit ſubdita præſidio
Tum quoque mirandum diverſa gente fideque
Quod cuncti vivant Ordine pacifico.
Candida quos ſervat Libertas Relligionis
Conſervat fidos hos quoque Pace Polus.
Cunctorum Princeps Concordia cauſa bonorum
Diſcordi genio maxima quæque ruunt.
Hocce bonum juſto moderamine Conſilioque
Conſiſtit ſummi Præſidis atque ſtatus.

Pruſſia Bellonæ ſemper fuit eſtq; Theatrum.

QUid de Te referam Nemadis aflicte Boruſſe
Non ſunt quæ fuerant tempora Priſca tua
Non es qua fueras iam libertate beata
Dum cum Sauromatis jura fuere tua.
Poſt Cruce ſignatos qui te quoque dilaniabant
Aſſiduas & nunc! fers miſeranda cruces

Perpetuis ſine fine malis gravibuſq; tributis
  Torqueris quæ nec fas memorare Tibi.—
Nec numerare ſciet: dandum quodcunq; repoſcit
  Terribilis cunctis Martia conditio.
Hæc Arctoa demum te fortiter Urſa coarctat
  Quæ fert Europæ ſemper amara mala
Unde fames Ortu triſtiſſima dicitur eſſe
  Quæ ſimul invitos ducit ad omne malum·
Tè miſeram! quod ſis his gentibus undiq; cincta
  Quæ non noverunt vivere pacifice
Omnia regna vides ſpeciali munere quodam
  Se iactant, tu nil quod referatur habes.—
Hoc tantum de te fas ſit ſpeciale referre
  Quod ſis erumnis ſubdita perpetuis.—
Præſſa licet tamen en viridans ceu palma reſurgis
  Nil vepreta tibi Baltica dura nocent
Adverſis cunctos ſuperas duriſque tributis
  Es miſer ut fueras Hoſtia perpetua.

Legitimum tamen eſt melius præſtare tributum,
Quam ſine fine premi turpiter hoſte fero.

All Contrario.

ESto laudanda tamen Virtus animoſa Monarchæ
Legitimi cujus gloria militiæ.
De rebus cunctis maturè proſpiciendo
Qui tempeſtivè quærit ad arma viros
Non tunc dum portis temerarius imminet hoſtis
Omnia dum vaſtat perfida Barbaries.
Eſt melior miles veteranus & arte peritus
Quam novus ignorans quæ facienda manent.
Vis nunc bellandi magna coſiſtit in arte
Erudiendus erit qui fera caſtra petit
Satrapa ſit prudens aut Dux Legionibus ejus
Omnia ſuccedent proſperiore via.
Effatum vetus eſt: urget præſentia Turni
Principe præſenti promptior omnis erit.

Quilibet Officio proprio magis invigilabit
  Et magis Armigeros Hoſtis & ipſe timet.
Præmia tunc citius certantem iuſta ſequentur
  Ut taceam laudes Officiumq; ſimul.
Principe præſenti magis ardua quilibet urget
  Audax audaci ſub Duce qvivis erit.
Clarior eſt Princeps quicunq; timetur ab hoſte
  Quam qui torpeſcens ſtat latitando domi.
Deditus illecebris velut alter Sardanapalus
  Cui plus Bellonâ Cipria vana placet.
Pluſque Viris muliebre genus miratur & alget
  Illarum vivens victima perpetua.
Illecebris regitur muliebribus has venerando
  Expertos Belli deſpiciendo viros.
In noctem vertendo dies, pluris Citaredos
  Quam turmas Equitum Caſtraq; vanus amat.
Crateras quiſquis melius ſuperare volendo
  Noverit hic melior quolibet armigero.

Marte cui Bromius pluris placet ille vocari
    Dux inter calices nonnisi dignus erit.
Allea vina Venus quem decoquit hic minus alieno
    Ad quodvis dignum munus ineptus erit.

Porta Ottomanica.

CErberus Herculeis extractus in alta catenis
    Ad portas Erebi qui religatus erat
Dum Cæli lumen rabidus sufferre nequiret
    Asperius Furijs hoc genus evomuit. —
Quæ se progenitam Phæbo Lunaque fatetur
    Excedens ejus quod parit ambitio.
Latronum nidus mons Caucasus ejus origo
    Qui nunc est summis gentibus exitio.
Nunc in prædones Latrones totius Orbis
    Sunt versi, quorum perfida Tysiphone.
Mater erit, totum fere mundum depopulantes
    Europæ quæ sunt maxima Regna tenent.

Inde Duces ſummi ſublati nonniſi quorum
Durat adhuc nomen vix locus ,hiſce patet
Illuſtres Danai quo virtus veſtra receſſit?
Quo tandem ceſſit gloria Dardanidum
Ceu primùm Danaùm diſperſit faſtus Acbevos
Sic Danai Tracum diſperiere dolo
Peſte gravi pejus Gens hæc difuſa per Orbem
Flammaque quam nemo iam mitigare poteſt
Principio fuerat ſcintilis invigilandum
Non tunc dum candens ingemit Ucalegon
Aſpice quanta gemant celeberrima Regna per Orbem
Quæ vorat aſſiduè bellua terribilis
Deſtruit, exurit Cives captivat & Urbes
Expoliat ſternit mænia ſuma ſolo.
Captivi pecudum venduntur more, nec ulla,
Virtus aut Pietas nobilitaſq; iuvat.
Quiſquis erit ſectam qui non amplectitur horum
Barbara Progenies aſſerit eſſe canes.

Criminibus cunctis gens pernitiosa laborat
Omnimodæ nimis est dedita luxuriæ.
Omne genus Veneris Mahomet concessit eisdem
Illorum sectam fundat in illecebris.
Ignari quodsi licet id quodcunque placebit
Ad stiga quod talis sit via recta malis.
Hinc vendunt sponsas, & emunt totidemq; tenere
Hisce licet, quotquot quivis habere potest.
Nec vitio vertunt Sodomorum crimina fæda
Hinc pluris nuptis est Ganimedes eis.
Heus! utinam tristi Sodomorum peste perirent
Qui brutis vivunt turpius atq; feris.
Omnis eis pietas qua natio gaudet honesta
Displicet & gaudent in feritate sua.
Sic Constantino deleto perfidus ausis
Trax iubet ut veniant cætera turba Ducum.
Mandat ut adveniant illum quicunque reposcit
Ut leges horum comprobet atque genus,

Proti-

Protinus adveniunt cuncti nil triste timentes
Apponunt mensis munera magnanimis
Barbarus his visis versutus dicit ad illos
O gens in Dominum perniciosa suum
Hæc Constantino bona si collata fuissent
Non his in vestris partibus ipse forem.
Inde caput mandat cunctis auferre securi
Sic Danaum cuncti disperiere Duces.
Barbarus hoc factum censet fecisse decorum
Nam Tracum Virtus maxima perfidia
Innocuo quovis difuso Sangvine gaudent
Lætantur rivi quando cruore fluunt
Vicinum quodcunque genus cave ne quoque fias
Huic Hydræ rigidæ victima perpetuo
Inclyta Partenope, ne mæchis tu quoque fias
Victima, divitijs invidet illa tuis.

Littora ne vaſtent tua deprædando Sicana
Et quæcunque tenent Tibridos emporia
Ne Claſſi mellita tuæ còntraria Claſſis
Latius extendat Carbaſa Memphis age
Et Veneti videant ne meſti vela remittant
Poſt ſibi ſurreptam denique Penelopen.
Munimen Latij qui præſidiumque perennent
Conſervent Superi quo fluet Erydanus.
Tu quoque Roma cave toto Celeberrima mundo
Illius ecclipſim ne patiare vide.
Ne Tua frangantur Sacraria, Mons Pietatis
Biſtoniâ ne fors impietate ruat
Aſpice quanta ferant tot Regna vetuſta malorum
Terraque ſancta demum quam violata gemat
Chriſtiadum quàm ſacra fides violetur ubique
Quâm dolet opræſſum ſpirituale genus.
Ad Superos ipſos eſt hac in parte recurſus
Ut mala quæ patimur Cælitus allevient.

Addendum

Addendum ad Regem Stanislaum.

VIve decus Règni, qui Regnum iam periturum,
Vivere feciſti, gentis amore tuæ.
Sponte Tua cedens Regno ſpernendo Coronam
Nominis inde tui fama perennis erit?
Tutius & melius Regnum licet inde tuliſti
Conventis pactis dum tenes Auſtraſiam.
Quamquæ perpetuo vexatur marte ſceleſto
Quodve magis Procerum ducitur arbitrio.
Tranquilum nunquam quod fe*i*t diſcordia Regni
Vexat & attenuat perfida Tyſophone.

Saphicum.

AUream Saxo recipit Coronam
Quam ſuis magnis meritis recepit.
Et ſimul ſumptu quia Regna quovis
munere conſtat.

Regium magni Diadema conſtat,
Qvod ſuæ gentis probitate fulget,
Sinſecus pondus nimis eſt onuſq;
Grande Monarchis.

Spineam quivis ſciat hanc Coronam,
Quam ferunt lites, ideo recuſat
Sceptra Leſzczyńſki ſapienter altâ
Fronte ſuperba.

Iura Regnandi violare causâ
Principes norunt, quibus eſt Poteſtas
Cæteris reſtant Populis colenda
Iuſq; Fideſq;

Principum jus ſtat validis in Armis
Summa vis fortis ratio Monarchis,
Fortior quis quis fuerit ſub Armis
Iuſtior hic eſt.

THESERA IUSTORUM
C R U X

Summo Præſule firma
Montanus ſub qua plaudit ovatq; Leo
CELSISSIMO & REVERENDISSI: PRINCIPI
NICOLAO JGNATIO
DE W Y Z Y C E
W Y Z Y C K I
ARCHIEPISCOPO LEOPOLIENSI
D I C A T A

Cujus ad aplauſum Parnaſſi jure Sorores
Conſurgunt cumſit Phoſphoros hiſce nitens
Monte Parnaſſi rutilans Apollo
Candidum montem recolit Leonis
Atrahit multos pretioſus ad ſe
Phaſidos ales.
Sub ſuis alis placide reſervat
Et favet cunctis probitate fultis
Crux cruces noſtras Benedicta duras
temperet eius.

TeMpora noſtra DeVs ConſtantI paCe gVberna
sVb qVaVIs VItæ ſorte ſtatVqVe IVVa.

CELSISSIME PRINCEPS

TEmpore quæ longo latitat ſub montibus Idæ
Audet conſpectum Muſa venire tuum.
Parce minus cultæ cum ſit ſylvana, nec illam
Deſpice qui cunctos protegis atq; iuvas.
Et mihi ſpem faciunt tua Princeps optime geſta
Propitius cum ſis omnibus ingenuis.
Te fore Propitium veteri mihi ſtirpe tuorum
Gemma quibus Pietas maxima ſemper erat
Protegat aflictum tua me pia Phaſidos Ales
Quæ cunctos Clemens protegit ejus alis
Crux Benedicta tui veterani ſtemmatis alti
Adverſas noſtras temperet oro cruces.
Grande Decus Generis Dux Præſidiumq; Tuorum
Utilis in quavis parte viaqve boni.
Ex quibus utilitas hos vivere quiſque repoſcit
Tutores quivis quærit adeſſe ſibi.

Phæbe fave noſtris comitate Sororibus auſis
Faſcibus & lauro tempora cinge tua.
Comptus adeſſe velis præſenti tempore fauſto
Lætus ubi laudes intonat ipſe Leo.
Principis & ſummi Paſtoris Ejus ubique
Fama decens volitat juſtius hocce nihil.
Caſtalidis iunctus reſonant tua plectra ſonore
Pone Chelin, Citaram ſume liramque tuam.
Cuncta modis brevibus, veterano more Sophorum
Ejus quod ſpectat grande potenſque genus
Omiſſis multis quia cuncta referre nequibis
Hoc ultra vires noveris eſſe tuas.
Tum quoque ne pecces nimium ſermone diſerto
Principibus breviter cuncta referre juvat.
Archidieceſeos Dux ſummus fortiter atque
Svaviter omne pia dexteritate regit.
Sub cujus tandem benedicta quilibet eſſe
Vult cruce Principium cui Benedictus erat.

Dummodo vera canam, ſatis eſt tibi vera rèferre
Incompte quamvis parcet id omne Sophus.
Qui novit quod ſis medijs prognata Lacunis
Aſſidue torpens inter Hamadriadas.
Sub Licaone ſatis Arctois partibus Orbis
In qvibus o! facinus! nonniſi bella fremunt.
Infeſtis ſcitiæ culices avidæq; locuſtæ
Plus ſolito Tanais quæ generare ſolet.
Infeſtantq; pias cunctas ſub ſydere gentes
Unde Sophis Ortu dicitur eſſe fames
More Lupi ſcitiæ gentes durique Tanaide:
Manſveſcunt miti ſic qvoqve præſidio.
Clementis tandem Clementia te duodeni
Archipaſtoris munere jure peat.
Scit bene cui tantum commitat pondus honoris
Scit bene ne pereant qui bene paſcit Oves.
Cuncta tuæ curæ ſunt hæc Celſiſſime Princeps
O quantum ſummum cernis honoris onus.

Ponderis

Ponderis immenſi eſt animarum cura ſalutis
Et grandis nimium perpetuiqve metus.
Si de mundana meditamur multa ſalute
O quantum ſupereſt de meliore poli.
Hinc tibi de propria dum nedum cura ſalute
Verum de tantis millibus, ecce crucem.
Tradidit ergo crucem Benedictus Septimus unam
Nunc Clemens onerat duplice ſigna cruce.
Sub cujus ſigno nunc quilibet eſſe requirit
Quod nobis tandem tempora grata parit.
Ecce crucem Domini procul inde adverſa recedant
Sacratus noſter vincit ovatqve Leo.
Hoc ſigno Princeps feliciter atque quiete
Concordes animis ſervat ubique ſuos.
Largus opum nedum Nicolaum Nomine præfert
Sed quoque mellifluum ſenſibus Ambroſium.
Ambroſiam Veteri potum dixere Deorum
Tu ſupremorum es potus & eſca ſophum.

Notus Ariſtoteles notus tibi Divus Aquinas
Heu mihi quam paucis noſcitur ille modo.
Scripta Deus cujus Crucifixus iuſta probavit
Tu ſi noſtra probes ſatque ſuperque mihi.
Atque mihi ſummi ducam licet æger honoris.
Si fuerint tanto Principe digna legis.
Tu primos inter Sapientes connumeraris
Quos Pallas noſtro tempore ſacra colit.
Theologus Summus quod ſis bene conſtat id omni
Doctoremq; ſuum Roma vel ipſa creat.
Extoliſque ſophos cum ſis præclarior illis
Et veneraris & hinc plus Venerandus eis.
Sic fit: amat qvivis artes quas noverat ipſe
E contra tumide deſpicit inſipiens.
Qui Craci fueras Prælatus in arce Decanus
Arhipaſtorum factus es ecce Decas.
Cernimus Hunc quoties laribus diſcedere noſtris
Hunc toties noſtrum qvivis abeſſe dolet.

Cui mea musa licet tenuis dum præstat honorem
Ut Mecænatem prædicat indigetum.
Conqueriturque minor meritis duntaxat id unum.
Quam deceat quod non præstet id Officium
Hinc nostris tenebris ut Phosporos alter in astris
Propitius cunctis irradiare velis.
Iazonis aurati quo Celtiber Ordo superbit
Hoc Prælustre simul vellere Stemma nitet,
Celta Pares iactat præfert Hispania Grandes
Grandibus & Paribus Patria nostra pares
A Proavis Genus hoc inter primaria Regni
Stemmata, resplendet Marte togaque simul.
E quorum bustis ceu phænix ecce resurgit
Præcellens meritis Alta Gerald'a Domus.
A septingentis annis florescit & ultra
Historicis quantum commemorare licet.
Scilicet arma magis quam pennam notus in armis
Curabat primis Sarmata temporibus.

Non aliud curæ qvam ſtringere noverat enſem
Hoſtibus in medijs Gens Ea clara ſago.
Tunc qvoqve qvis dubitat faciebat firma Cabalis
Progenies geſtis Clara Geralda giros.
Quam Mieczyſlavus ſummi ducebat ob ejus
Virtutes magnas Conſiliumque ſtatus
Cæſaris effecit reſidendo Geraldus in àula,
Regia quod fuerit parta Corona Duci.
Sic Mieczyſlavus Laudem deſumit ab enſe
Qua pariter dignus Laude Geraldus erat.
Gloria Slava fuit Slavis vocitata vetuſtis
A qua dimanat natio Sarmatica.
Quæ pariter toto qvum ſit Celeberrima mundo
Regibus atque ſuis inclyta Principibus.
Mieczyſlavus erat Rex & Celeberrimus heros
Hac ſimul Excellens arte Geraldus erat.
Progenies cujus tandem tum Stemma refulget
Sub quovis meritis Sydere conſpicuum.

Novit

Novit & hocce genus clarum Romana Minerua
Præcellens ſummis artibus ingenuis
Longævos Superi præſtent ut vivat in annos
Præſertim Princeps maximus ecce ſtatûs.
Non ſinet hunc Dominus ſubito diſcedere fatis
In qvovis qvum ſit munere proficuus,
Æternum quamvis nullus ſub ſydere vivat
Hunc tamen optamus vivere perpetuo.

Societas JESU.

PHæbus ut irradians inter Cæleſtia ſigna
Irradiat, ſic hic celeberrimus Ordo refulget.
Reſplendetque Polo qvavis Virtute notatus
Quo dare nil Superi poterant præſtantius Orbi.
Utilitate ſua cunctos ſuperando ſub aſtris
Vinea quos Chriſti ſinceros pervigileſq;
Cultores ſervat, Doctrinis æthera magnis
Fundantes, vitæque probæ documenta ferentes.

Cara Deo ſoboles non limo at fronte Tonantis
Eſt exorta Polo Superum formalis imago.
Ceu Pallas cum ſit præſignis in artibus ejus
Attingens ſummum Parnaſſi culmen utrumque.
Aſtræam ſobolem revera ſive Sodales
Palladios cauſa Doctrinæ dixeris eſſe.
At vero cauſa Pietatis dic Marianos
Artibus ingenuis in qvavis parte potentes.
Inque timore Dei qui rerum ſumma bonorum
Excolitur Patriæ nedum Generoſa Iuventus.
Sed quoque Barbaries trans æquora vaſta furorem.
Deponit, doctis ſenſis manſveſcit eorum.
Mexica miteſcit qua nil atrocius ora
Tunc ſub ſole fuit dum ſolis idola colebat.
Maxima Chinarum iam Chriſtum Regna ſeqvuntur
Illorum grandi nimium vigiliq; labore.
Transfreta vaſta volant audaces abſq; timore
Mortis, Evangelion ardenter diſſeminando
Martyrio multi pereunt quos enumerare. Eſt

Eſt grave cum neget hoc diſtantia maxima Ponti
Non metuunt fortes animo ſuprema ſubire
Transfreta vaſta maris quæcunque pericula vitæ
Pro lucro ſummo reputant mala quæ patiuntur.
Illorum vitæ cernendo dexteritatem
Barbara gens quantumq; ferox manſveſcit eorum.
Ducitur exemplis quæ ſunt meliora ſequentes,
Præda Polo felix, Erebi de faucibus acta
Illorum gravibus curis & fortibus auſis
Inter Iuſtorum numerum iam connumeratur.
Ex hædis faciunt divinis artibus agnos
Manſveti ponunt turgentia cornua capri.
Maxima pars hominum trans Indos & Garamantas
Ad Chriſti verum cultum converſa perennat.
Horum zeloſis rationibus & Pietate
Quam multi fidei moriuntur amore, marinis
Abſorpti gravibus ventis Boreaqve furente
Ad convertendum dum tendunt trans freta vaſta.

De qvibus ignotum nullis redeuntibus inde
Qvæ possent nobis qvia mersa referre Carinis.
Plutus Avernalis; surreptis tot sibi prædis
Indignans qværitur; iam Mauris astra refulgent
Qvi fuerant erebi tristissima præda futuri
Indutus stolis albis nunc Indus in astris.
Atqve colore simul nunc candidiore refulget.
Mexicon en non plus Hominum tot millia cæsa
Sacrificat Divis, qvorum de corpore dum cor
Extrahitur vivis assantes cætera mandunt
Hoc fuerat qvondam paganis Phase superbum
Qvod nunc ad formam ducti Pietatis abhorrent
Adscribenda manent Socijs hæc omnia IESU
Exemplisqve bonis qvàm verbis cuncta decentes
Efficiunt, vitæ nedum probitate potentes
Sed simul in variis nimis artibus ingeniosis
Prælustres, qvarum iam dantur ubique Magistri
Protegat hosce suos Virgo sine Labe fideles.

Conser-

Conſervetq; diu ſumma probitate Sodales.
Præclari cum ſint in qvavis parte viaqve
Utilitate ſua grandi vivere digni.

Religioſiſſimus Ordo Patrum Theatinorum.

DIvinos Geſtis Theatinos dixeris eſſe
Nomine non tantum noveris eſſe Dei.
Aſpice qvanta gerant Domini conſtanter amore
Quam virtus horum duret ubiqve potens.
Cum qvanto fructu zeloqve docendo per Orbem
Corroborent Chriſti concilientqve fidem
His ſedulo cunctis operantibus orbe remoto
Diſperſis, Domini Vinea clara nitet.
E petra Petri nôris hos eſſe Columnas
Haſce ſuper Chriſti ſtatq; vigetq; domus.

Illuſtri & Adm: Rdo. Domino Michaeli Czerlecki Præpoſito Sokołovienſi.

COmmemorare tuum nomen meritumque deceret,
Sed cur id tentem! dum minus hocce cupis.

Commemorabo tamen brevibus licet hocce recuſes,
Nam præſtans virtus exigit hocce tua.
Et merito: laudem juſtam qvicunqve recuſat
Hoc ipſo Titulo laudeqve dignus erit.
Hunc comitatur honor qviſqvis contemnit eundem,
Et fugit hunc tumidus qvi male quærit eum.
Præreliqvis probitas tua grandis poſtulat illud
Ut te qviſqve probus diligat atq; colat.
Præsbiteros inter quorum cum laude refulges
Præpoſitus, munus poſtulat hocce tuum.
Sis qvamvis ſapiens nec non Virtute ſtipatus
Majori longe dignior Officio.
Sed quia majores qvoſvis contemnis honores
Vir probus & ſapiens jure vocandus eris.
Hoc proprium cunctis Probitatis amantibus, altos
Ut fugiant qvoſvis deſpiciantq; gradus.
Præreliquis vero te quilibet æſtimat inde
Quod mutuo qvemvis diligis atq; colis.

Et placidè qvemvis vultu tum fronte ſerena
  Indignos etiam ſuſcipis atq; iuvas.
A laribuſq; tuis afflictus nemo recedit
  Afflictis cunctis eſt tua larga manus.
Inconſolatus miſer a te nemo recedit
  Tutor Egenorum jure vocandus eris.
Quæ vero ſpectant animam vel munia templi
  Nemo fuit Zelo grandior ecce tuo.
Hoc late monſtrant altaria condita multa
  Præcipuo ſumptu cuncta parata tuo.
Marmora muta licet referent templiq; columnæ
  Te fundatorem poſt qvoqve fata ſuum
At ſuperi tribuant ut vivas tempore longo
  Et proſis cunctis utilitate tua.
Fructibus e proprijs ſicut cognoſcitur arbor
  Sic hominem juſtum candida facta probant.

NOn fruſtra nomen fert urbs hæc clara Leonis
Præſidium nec non gloria Sarmatiæ.
Ut Virtute potens animantia cætera vincit
Præcellitque ſuo robore cuncta Leo.
Sic Urbs hæc alias Urbes qvas poſſidet Arctos
Exuperat qvavis fertilitate ſoli.
Manſvetum vigilemq; ſcias hunc eſſe Leonem
Omnibus in cunctis proſpicit ècce vijs.
Artibus in varijs excellunt aſpice Cives
Præcipuum Themis hic poſſidet ecce locum.
Conſulibus dum cuncta probis juſtiſque reguntur
Quod meruit recipit qviſqve tenetq; ſuum.
Iuſtitiæ lances hic obſervantur ad ungvem
Legitimo fiunt ordine cuncta ſuo.
In rebus cunctis ſunt dexteritatis amantes
Concordes gentes Pacificæque ſimul.

Aſpice qvam radient gimnaſia clara Camænis
Excellant varijs artibus ingenuis
Templaque qvanta vide, numeroſaq; Clauſtra Piorum
Collaudant Dominum nocte dieq; ſimul
A quo devotis Benedictio provenit omnis
Hos mutuo Superi qvalibet arte beant.
Dexteritas horum penſatur proſperitate
In cunctiſque favent Numina pacificis
IVſta TrIbVs IVDâ Leo fIrMet Caſtra LeonIs
In qVaVIs faVeat parte VIaqVe sVIs.

Domus Illuſtriſſima Zamoiſcia.

HÆc eſt Sarmaticæ celeberrima Gloria Gentis
Omni virtutum munere conſpicua
Cui vi ſummorum meritorum præſtitus Ordo
Præcipuus Regni Præſidiumque ſtatus
Tempore perpetuo quod fida mente tuetur.
Et vigili moderat Dexteritate ſua.

Proceribus cunctis sic sunt in amore perennes
Qvivis in Officijs hosce manere cupit.
Illorum fuerat summus Virtute Ioannes
Qvo nemo major Marte togaque fuit.
Dux probus atqve idem validis fortissimus armis
Qvæ duo rara solent insimul esse nimis.
Attamen Heroum fortissimus ille Ioannes
Hæc demonstravit posse vigere simul.
Alter Scipiades censendus & alter Achilles
Defensor Patriæ verus & auctor erat.
Hinc qvod si fuerit sententia vera Platonis
Alter Parmenio jure vocandus erit
Defendens Regni fines constanter & augens
In cunctis felix proficuusq; fuit.
Rege minor fuerat Tituli duntaxat honore
At gestis similis Regibus emicuit.
Regali Sceptro qvamvis non fulserit Heros
Hocce tamen dignum quilibet esse probat.

Indigni multi ceu portant ſæpe Coronam
Sic multi ſunt hac qvam meruere carent.
Sed nec Poſteritas minus illo nunc veneranda
Et nunc præclaros Marte togaq; vides
Non fruſtra genus hec exornat Lancea trina
Quam qvod eam felix geſterit aſſidue.
At ſecus ut fuerat & nunc ſi bella vigerent
Invenies Proavis hos Ataviſqve pares.
Et quoniam pax eſt Clàri qvoqve pace refulgent
Tempora quæ longo proſpera continuet.
Pallados in varijs excellunt artibus omnes
In qvavis Proavis ſunt ratione pares.

Saphicon.

LAnceâ trinâ genus hocce Grande
A ſuis primis Proavis ſuperbit.
Hoſtibus terror Patriæq; fulcrum
Præſidiumque.

Abſolon Patrem fugiens rebellis
Lance transfixus fuit ecce trina.
Hanc Ioab Lancem reor eſſe trinam
Stemmatis hujus
Tauricas Gentes domuit rebelles
Nemo quo major fuerat Ioannes
Inclyti fulcrum generis relati
Dux quoque campi.
Barbaras Gentes Tanais ſubegit
Nec feris turmis Sciticis pepercit
In locis cunctos proprijs coegit
Stare qvietos.
At foret longum memorare cunctos
Qui velut Phæbus pariter ſerenant
Marte non tantum radiant ſed arte
Caſtalidarum.

Ordinatorum merito decorum
Munus attingunt, qvia cuncta justo
Atqve prudenti statui fideles
Ordine servant.

Has tibi nostras tenues Camænas
Offerro si fas vocitare nostras
Qvas tuus valet recitat Cliensq;
fidus ad aras.

Omne contentum qvia continenti
Subditur ceu vult ratio Sophorum
Sic tuus si sum tua conseqventem
sunt mea cuncta.

Genealogion Illustrissimi Domini Łabęcki Capitanei Rohatinensis.

UT Lædæ possit Gradivus amore potiri.
Cui cum Virginibus prælia semper erant.
Virgo fuit Danaum Regali sangvine creta
Præcipuis multis pulchra petita procis.

Assumpsit formam placidi Gradivus Oloris
Læandri mersi tristia fata canens.
Virgo videns mitem volucrem nullumq; timentem
In proprium gremium suscipit huncq; fovet.
At gremium Talamum sensit male credula Virgo
Exqvo concipiens parturit ova duo.
Inde fuit tandem natus cum Castore Pollux
Heroes summi præcipuiq; Duces.
Hinc qvia tu pariter summa virtute refulges
Hac de Progenie te reor esse satum
Sarmatica merito signatus voce Łabencki
Castalius sic es jure vocandus Olor
Vive decus Patriæ longævos Nestoris annos
In laudem generis Præsidiumq; status,

Pisces
Salmo Rex Piscium.

CEu Salmone sapit nullus plus piscibus undis
Sic hominum nemo plus Salomone sapit.

Salpa.

SAlpa Latinorum placito vocitatur Azellus
Prout asinus durus percutiendus erit.

Carpio.

NOtus in Europa piscis cui Carpio nomen
Qvod valeat carnem reddere corve pium.

Lucius.

LUcius à cauda laudatur si sit edendus
Instandum capiti dum capiendus erit.

Trutæ.

TRutas commendant maculæ pulchro ordine sparsæ
At maculas ipsas immaculata caro.

Anguilla.

IN qvavis villa non est anguilla, sed illa
Quæ prius angvillas possidet ære graves
Quæ generosa mero digerit omne grave,

Halex.

PLus ſalis in tinna poſt mortem devorat halex
Qvam fors in vivis hauſerit ante ſalis.

Cete.

PRæ reliquis ingens eſt piſcis piſcibus Ille.
Præ reliquis ſtupidus tum qvoqve tardus erit.

Perca.

PErca ſuis perquam ſpinis eſt ingenioſus
Piſcator magis hoc ingenioſus erit.

Sardallæ.

SArdellas generat Sardonia ſed velut ejus
Aura nocet, piſces carne nocere ſolent.

Cancer.

REtrogrado motu dum cancer tardior errat
Omnia retrograda & tarda nociva probat.

UNde ſint piſces fere nemo qværit
Sed magis qværit pretium vel an non
Putridi ſint hi, cupit hoſce qvivis
eſſe recentes.

Tragedia

Tragedia inter Cæſarem & Pompejum Cleopatram & Ptolomæum.

Omnibus lectu utilis qui nimium confidunt inmundanis honoribus, & ſuorum amicitia.

Cleopatra ad Ptolomæum.

REx æquande Dijs, ceu Sol ſuper Aſtra ſerenans
Laudibus & meritis terraq; mariq; refulges
Quod Sol in Cælis, in terris qviſq; Monarcha
Cenſendus, probitate potens qui Regna gubernat.
Reddendo proprium ſincera lance cuiq;
Reſpectu nullo, nullo corumpitur auro
Qva nihil utilius! comprimis porto ſalutem.
Obſeqviumq; ſimul, ceu fidam ritè Sororem
Expedit atq; decet Titulo qvo lætor honoris.
His tibi præmiſſis refero nova digna relatu,
Tutor adeſt noſter, noſtras advenit ad oras
Qui ratio eſt noſtri nec non munimen honoris,

Ille cui totum debemus qvidqvid habemus,
Terribili nimium qvi nos ſalvavit ab hoſte,
Et noſtro Regnum Patri vitamq; tuendo
Reddidit, & nobis ſurreptum gente rebelli.
Nos ſummo refugos generoſus honore recepit
Omnia ſuppeditans ſtatui quæ congrua noſtro
Indè decem nobis auri tranſmiſſa talenta
Illius auxilijs quo bellum continuetur.
Hos contra qvi nos bello privare volebant.
Legitima nulla fulti ratione rebelles.
Expedit atq; decet, Regali rurſus honore
Gratus ut à nobis tractetur & excipiatur,
Omnia ſunt mutuo Themidos reddenda tenore
Ingrato ſicut nil fertur acerbius actu
Sic grato nihil eſt acceptius omnibus, illi
Præſertim fatis ſi qvis torquetur amaris
Gratia ſive favor tanto eſt acceptior omni
Rebus in adverſis quanto plus indiget illo.

Qua

Qua propter Rex & frater mihi ter venerande
Esse decet gratos nos tanti jure favores
Et poterat nobis rursus conferre talenta
Scis quia semper egent Reges bellando monetâ
Ut dederat nuper dabit & nunc munera tutor
Expertus quod si fuerit sibi nos fore gratos.
Muneribus primis qvi gratum se fore monstrat,
Disponit prudens alijs se participandis.
Qui nobis prosunt; venerandi sunt & amandi:
Utilitate sua quivis se præbet amandum.
Hinc Magni magni favor est censendus, & illum
Possibili quovis decet ut pensemus honore.
Regalis favor est majori munere quovis!
Gratia Magnatum specialis semper habenda,
Devincitq; magis ferro clementia Regum
Hâc unâ Cives servantur parte fideles.
Vis animum nunquam convincit, sola favore
Atq; probis factis redduntur pectora fida.

Expe-

Expedit ut Magnus vincendo triplice causâ
Ad noſtras oras civiliter excipiatur.
Primo quod Tutor noſter Benefactor & Auctor
Sit noſtri Regni, quod nobis reddidit armis
Altera cauſa potens qvia Princeps atq; Senator
Imperij dignus, Regali munere cujus
Indigenas inter quoq; nos donabit honore
Tertia cauſa: Ducum majeſtas exigit illud,
Ut refugis juſtis agitatis ſorte ſiniſtra
Præcipue victis acie protectio detur.
Inter conflictûs ſummos acieſq; neceſſe eſt
Unus ut evadat victor vincatur ut alter.
Armiger in campum contendit vincere qvivis
Nec ſcitur cujus melior ſit cauſa futura.
Sæpe tamen victrix reverenter cauſa probatur
Iudice quiſq; ſuo ſe tum ratione tuetur.
Attamen inter eos qui fortior ille triumphat
Fortibus aſtra favent, & quos bonus ordo reſervat.

Si

Si Marti Pallas fuerit coniuncta decenter.
Hac in parte decet clementia Regia cunctos
Aflictos armis ut protegat, hosce juvando.
Quamodo parte potest, hæc laus est maxima Regum
Hoc summi Reges cuncti sub sydere qværunt
Ut Protectorum dignari munere possint.
Ex hoc utilitas nec non laus maxima surgit
Iustitiæ ratio mandat Pietasq; fidesq; ,
Tutores nostros & amicos ut veneremur:
Et si nulla foret ratio meritumq; favoris,
Quo minus est meriti, tanto fit gratia major:
Præstita præsertim si qvis miser indiget illâ
Iu nullis meritis fundatur gratia vera,
Expedit ut solo fiat collata favore.

Ptolomæus respondet.

CONsilium Muliebre sequi Regesq; Ducesq;
Dedecet, in rebus Mulier belliq; statusque

Eſt, opus ut taceat, gravium res iſta Virorum
Hæc procerum res eſt quibus experientia ſumma
In ratione ſtatus belliq; peritia quorum
De ſpeculis mulier de peplis narret & illis
Qua Thalamum ſpectant faciemq; coloribus aptet
De ludis ſponſis hymenæis atq; theatris
In qvibus affectat Mulier formoſa videri
Spectatumq; venit magis ut ſpectetur & illa.
Enumeretq, ſuos quos fert vel habebat amantes.
Et quot promiſſis vanis verſuta fefellit
Deniq; præcipuum decus eſt Muliebre tacere:
Fæmina quæq; placet melius prodeſtq; tacendo
Publica præſertim dum ſunt, quàm multa loquendo.
Non Regibus referat temeraria bella gerentes,
De qvibus ignorat, ſed amantes luxuriando.
In medijs epulis qvibus aſſociata tumeſcit:
Veſtibus auratis qui ducunt acria Bella
Illius ob cauſam quorum Laſcivia Princeps;

Talia bella velim referat non Pharſala Magni
En verſuta ſoror vult me privare Coronâ.
Ac tandem vita ſi Cæſar venerit ad nos,
Qui ſequitur Magnum terraq; Mariq; potenter
Nos ejus cauſa ſimul agredietur ut hoſtes,
Viſtori ſummo Regum quis quæſo reſiſtet
Novimus Auſonias gentes in Marte potentes,
Præreliqvis avidos atroces atq; feroces.
Tutius eſt, procul hinc diſcedat Magnus in Armis
Pergat ad extremos Garamantas tendat ad Indos
Vadat ad Aſſirium ſibi iunctum ſangvine Regem
Tutior hoc fiet, major diſtantia cum ſit
Tum quoq; Chaldeûm gens eſt præſtantior armis
Deniq; diſcedat quo vult nos pace relinquat:
Ocius huc ad me fidum vocate Plotinum
Prudentemq; Ducem qvid factu judicet ipſe,
Hic felix Princeps quisquis facit abſq; tumore
Conſilium Procerum Patriæ quod ſvadet agendum.

Consiliarij status Plotinus Achælaus Septimius & Burbon Antistes

Plotinus incipit.

SÆpè licet justam vincat facundia causam
Ingenium laudo Cleopatræ, laudo venustam
Eloqvij normam quæ formæ juncta decoræ
Pondus habet magnum, quia virtus eloqviumq;
Dulcior esse solet, facies formosa quod adfert.
At Rex præmoneo nimium nè crede colori,
Plus animi dotes quàm corporis esse memento,
De toto Regno nunc sunt discrimina magna
Terribilis nostris tempestas imminet oris.
Pompejum Cæsar fugientem marte sequetur
Quem si suscipias Pietate perivimus istâ
Utilitate sua magnum Cleopatra tuendum
Commendat, Regni cum summa perditione,
Ferre Soror Diadema suo vult vertice sola.

Ut ſiat Regina cupit, tibi namq; Coronam
Adveniens tollet Pompejus, conferet illi:
Filius an neſcis ejus deſponſat eandem.
Auſopiæ gentes nimium ſunt Marte potentes
In rebus cunctis perquam ſunt ingenioſi,
Illorum multas gentes aſtutia fallit,
Pompejus quorum Dux ſummus Rex bene noſti.
Qui teſtamentum conſervat aduſq; Paternum.
In cunctis medium Cleopatræ quod dare Regnum
Continet, & qvid qvid pretioſi Regia ſervat.
Tempore ſola volet tanto regnare viciſſim
Quanto tu, medium Regni qvia jus habet illa.
Si contradicas! fies miſerabilis exul
Te proclamabunt Latiorum jura rebellem.
Dum vacat inde tuis maturè conſule rebus:
Dedecus hoc abſit nobis ut fæmina Princeps
Impèret, & Regnum muliebri deniq; peplo
Quo nihil Orbis habet majus ſub ſole, regatur.

Intolerabilius nihil eſt qvam Fæmina Princeps
Quâ causâ magnus non admittatur ad oras,
Rex noſtras, procul hinc abigatur, tutior ut ſis.
Noſq; ſimul tecum, ſub qvo fore poſcimus omnes
Ipſa ſtatus ratio brevibus referatur eidem,
Cæſareis ejus cauſa nè victima fias:
Illius adventu rubuit ſuper Aſtra cometes
Qui ſolitus terris qvam plurima triſtia ferre
Armigeris ſed qvam ſit turpè, tum fugienda
Vana ſuperſtitio, Mulieribus iſta ſinantur.

Ptolomæus.

INſidijs Muliebre genus plerumq; laborat,
Atq; ſuperſtitio muliebris maxima dos eſt,
Laſcivis qvod fert metuendum plurima verbis
En fraudem! quâ me Regno privare laborat.
Vult aſtuta ſoror; quam fidam ſemper amicam
Cenſebam vapido ſervat ſub pectore vulpem

Sed

Sed satis est referet pænas, nunc dissimulandum?
Dissimulare juvat Reges, qvi dissimulare
Non novit, recte nescit moderare cohortes.
Attamen insidijs est fortiter invigilandum
Nè nos præveniant fallantq; intenta malorum,
Casibus in cunctis cautos nos expedit esse,
Heu mihi! sola fides qvod duxit ad ima Monarchas.
Momenti quæ sunt magni sunt præmeditate
Et tacite nimium facienda, nec alter id ipsum
Noverit; optato si qværis fine potiri
Nesciat intentum tuus adversarius, illud
Vitabit, quis enim contra se spicula missa
Non fugiet, missis si possit prævius esse:
Confiteor duro populus moderamine torpet
Invitos multos opræssio cogit ad arma,
Tutior est qvivis clementer qui dominatur,
In rebus cunctis æqvum moderamen habendum,
Inter utrumq; tene medio tutissimus ibis,

Nec nimium durus ſis in moderamine gentis,
Nec nimium clemens, metuat te ſervus oportet:
At poſtquam tantam ſortem mihi Numina præſtant
Quod ſit in arbitrio Magni tum Cæſaris ipſa
Vitaq; morſq; meo, tali prudentius utar
Audaces nimium qvi nunc ad littora noſtra
Approperant, ſecum portantes triſtia bella,
Comprimis Magnus fatis agitatus iniqvis
Ad nos fert ſecum fugiens atrocia cuncta,
Cæſar eum ſeqvitur terraq; mariq; potenter,
Hunc ſi ſuſcipiam me Cæſaris ira ſequetur,
Confiteor decet hunc victum refugumq; juvare
Muneris hoc ejus quod ſim Rex atq; favoris,
Exul eram populi victus feritate rebelli,
Si tamen hæc faciam quæ juſta, perivimus omnes,
Cum quo bellandum nimis eſt bene conſiderandum
Cernitis ut dira tot cæſa cadavera tabe.
Solvantur, gravium civili marte virorum.

Qua

Qua cauſa cives dum res vacat hiſce procellis
Conſilium qvod ſpero bonum portate fideles.
Arbitrium ſolito veſtrum de more ſequemur.

Burbon Antiſtes.

INcolumem Cornutus Amon te ſervet & Iſis
Ad te Rex belli ſuprema pericula quæ fert
Pompejus veniens Superi procul inde repellant
Delphicus ipſe cui ſunt perquam cognita cuncta,
Hæc reſponſa mihi largitur, thura ferenti
Quæ brevibus refero nè ſperne ſalubria cum ſint:
Extera gens noſtris nè conſervetur in oris
Nè tueare genus latium procul inde repelle
Victima ni cupias fieri ſimul hoſtibus ipſis,
Præmeditata loqvor finem bene conſiderando,
Et brevibus refero ſi frangere Cæſaris arma
Marte poteſt Magni poteris vexilla tueri
Sinſecus! ut peſtem Latios vitato feroces,

Ius & ſas Regum noſtri conſiſtit in armis,
Iuſtior hic fertur qvicunq; potentior armis
Hacce tua Princeps pietate fideq; periſti,
Hunc ſi ſuſcipias nec eum defendere poſſis
Mars feritatis amans pietatem deſpicit omnem
Arma juvant Reges, armis temerarius hoſtis
Aggrediendus erit, ſed qvis ſuperabit eundem
Qui Cunctos vincit cui nemo viribus eſt par,
Ut ſerves unum perdes tot millia bello
Sed vix ſervabis quem conſervare neqvivit
Romanus Populus qui tandem fræna remiſit
Quid ferat Æmatium, Pompejum qvod tueatur
Nudantur gentes diruuntur mænia latè,
Nuda jacent campis corroſa cadavera corvis,
Nec locus in cineres, nec ſufficit arbor in ignes
Nil juvat Armigeros fratres Patreſq; fuiſſe,
Prognatum genitor genitorem, Filius ejus,
Aggreditur, Fratrem fraternus transforat enſis

Si veniat

Si veniat fient in terris hæc quoq; noſtris
Hocce cruore tuos nolli maculare Penates
Qua propter monitum Rex quæſo fidele ſequare
Deſere qvos fatum fortunaq; deſerit ipſa
Et cole felices ſi felix eſſe repoſcis.

Achelaus Secundus Conſiliarius.

QUid quid ait Burbon profert prudenter & abſq;
Fraude doloq; Tui non ceu Cleopatra doloſa.
Ut verus civis Regni magis utilè quærit.
Non eſt conſultum ter victum marte tueri,
Hunc quem perſeqvitur Victor fere totius Orbis
Perfida Tyſiphone ſuccneſis atq; nocivis
Quem facibus furibunda ſuis infeſtat & urit
Nevè cruore Ducis maculetur Patria tanti
Noſtra vide, Magni nam magni ſangvis habendus
Incolumem tantis toties, qvem numina damnis
Eripuere, cui toties quoq; Cæſar in armis

Sæpè licet vita poterat privare pepercit.
Sangvis Magnatum nimis eſt pretioſus, & illum
Vindicat ipſe Deus, quia quælibet indè poteſtas:
Sæpè Duces inter ſe pugnant, attamen horum
Conflictus inter mutuus reſpectus habetur.
Flebat Alexander Daryum compede vinctum
Cernendo, quamvis fuerit ſæviſſimus Hoſtis
Quâ causâ Beſſus crudeli morte peremptus,
Nè cave te qviſqvam ſeducat perfidus auſis
Ut tentes eius maculare cruore Penates
Sit liber tutor tendat quo poſtulat ipſe,
Huncq; juva qua parte potes ſit fidus ut ante
Diſcedat quo vult præſta quodcunque neceſſum,
Dedecet eſſe duces crudeles, nec juvat illos
Turpè nimis Nomen multis lætate Tyranni
Grandius omne ſcelus quo major perpetrat illud,
In Magnum magnum delictum noveris eſſe,
Officio Princeps Romanus & æqvus in omni

Non

Non aliud quærit quam conservare fidelis
Iura suæ gentis quæ Cæsar tollere tentat,
Illius exilium vitio vertetur ab ipso
Cæsare, fas mihi sit tandem Rex vera fateri,
Sangvine sunt iuncti Romanus uterq; Senator:
Hic gener ille Socer vivebant semper amici
Donec eos tumidos regnandi sola diremit
Ambitio, verbo miti quæ sæpè domatur
Parcere subiectis & debellare superbos.
Romanis proprium fuit & nunc cernimus esse
Principibus summis qvibus est honor unus amori,
Si venereris eos te submittendo placebis,
Gens hæc terribilis quavis à parte timenda,
In rebus cunctis nimis ingeniosa gerendis.
Inter eos nè quæso velis miscere choraules
Qva modo parte potes vita prudenter utrumq;
Sis procul, à cunctis nè submergare procellis,
Imputet ipse sibi quemcunq; sinistra seqvuntur
Si tempestive prudens non obviat illis.

Ptolomæus Ad Septimium.

QUi fidos inter noſtros Mavorte Sodales
Connumeraris, habens jus noſtræ Nobilitatis
Dic generoſè brevi quæ ſunt facienda ſub iſto
Turbine fatorum qui noſtris imminet oris.

Septimius.

REx gentis quâ non eſt altera clarior Orbis,
Auſonij quamvis de ſe quam plurima jactent,
Illorum tamen eſt prædonum prima propago,
Nunc quoq; ſunt avidi prædones totius Orbis.
Nemo tibi poterit melius de gente feroci
Hacce referre ferox quæ prædominantur ubiq;
Infeſtans omnes gentes bellando quietas,
Quam ſatiare feram nequeunt & flumina Tagi
Hinc fera bella gerit prædis avidiſſima cum ſit,
Nemo magis novit Pompejum me miſerando,
Illius ob cauſam qui ſum migrare coactus

Qui

Qui nuper fueram Legionis Signifer ejus,
Hunc ſi Rex proprijs fugientem ſuſcipis oris
Cæſar eum ſeqvitur terraq; mariq; potenter,
Qui tantas gentes bellando depopulavit
Sed qvid cum longis vanis ſermonibus iſtis
Elloquar hæc brevibus ſtatui quæ congrua noſtro
Quo regnans poteris nobiſcum tutior eſſe,
Elloquar an ſileam! ſi quidem crudele videtur,
Verum pacificis cunctis ſub ſole ſalubre,
Præſertim Latijs ſuprema potentia qvorum
Transfreta vaſta maris nuper dominata ſuperbe
Civili bello hoc turgentia bella rèmiſit,
Cumq; foret Babilon duris ſpolianda trophæis
Convertit vecors in propria viſcera ferrum.
Bellua terribilis pereat nimiumq; nociva,
Quâ tanti periere Duces genteſq; laborant,
Deprædata gemunt tot Regna ſuperba per Orbem
Indè pari merito tibi Rex ratione timendum,

Tutius hinc fiet ſceleratus prædo, necetur:
Diſpereat per quem tot Regna perire videmus,
Hoc uno medio poteris Rex tutior eſſe,
Hoc uno poterit mitigari Cæſaris ira,
Et cunctis referent grates qvicunq; gravantur
Hoc nimis infauſto Civili marte cruento,
Conſilium ſi forte meum tibi triſte videtur,
Fac quodcunq; vides conſultius, arbiter eſto
Ipſe tuæ ſortis cuncti tua juſſa ſeqvemur,
Majeſtas Regum plus eſt ratione Sophorum.

Ptolomæus.

DIverſi capitis diverſus ſenſus & ordo,
Quiſq; ſuam propriam fert mentem judiciumq;
Ignoro qvæ ſenſa ſeqvar! confundor & indè
Utile qviſq; ſuum quod cernit ſvadet, & audet,
Conſulere alterius damno plerumq; nocivo
Proſeqviturq; ſuis quæ cernit idonea votis,

At nos

At nos qvod ſtatui noſtro noſtræq; ſaluti
Congrua cernentes ſincera mente ſeqvemur;
Sunt qui prætextu communis proſperitatis,
Propria verſuti duntaxat commoda qværunt;
Hoc tamen à nobis abſit, non indiget iſtis
Curia noſtra modis, ſatis eſt mihi ſors mea Patris
Conſcia mens recti juſtis primaria cura eſt.
Felicem! propria qvi vivit ſorte qvietus
Non hunc ſolicitant aliena Regna Lareſq;
Non ferus excoriat vicinos marte cruento
Hæc ſi Pompej mens intemerata fuiſſet,
Non his erraſſet nimis ambitioſus in oris.
Sed merito patitur Patriæ qui cauſa ruinæ,
Perverſus fuerat: qvæcunq; ſiniſtra ſeqvuntur
Contulit illius nimium mens ambitioſa
Faſtus avaritiæ junctus fert peſſima qvæq;
Et ſanè multos privat ratione cupido
Septimij iam ſenſa ſequar mens fortis & audax

Sæpè juvat multos præſertim Caſtra ſequentes,
Securus qvis qvis dominari quærit, is unus
Eſt modus ut rigidus præſit, timeatur ab omni.
Efficit efrenos multos clementia, ſi quis
Plurima diſſimulet, quæ non ſunt diſſimulanda.
Utq; rigor nimius, ſic & clementia ſumma
Sæpè nocere ſolet, modus eſt ſervandus in omni.
Præcipuè Regni moderamine, grandius hoc nil
In rebus cunctis medium tenuere beati.
Eſt modus in rebus ſunt certi deniq; fines
Quos ultra citraq; neqvit ſubſiſtere rectum
Imperij nimis ars grandis tum noxia multis.
Hinc qvi non norunt hoc uti tutius eſſet
Hiſce latere domi quam Regni ſumma tenere
Expedit ut juſtâ tribuatur lance cuiq;
Nec nimium rigidus nec clemens expedit ut ſis
Pæna ſit ad quemvis ſceleratum terror ad omnes
Nec dimittatur perverſus nè mala rurſus

Perpe-

Perpetret, & forſan faciat graviora ſceleſtus.
Qui perhibære poteſt quæ non prohibentur, iniqui
Crimen habet facti, prohibere nefanda tenemur.
Nec difert, nè fors ſcintilla incendia portet
Septimij mihi ſenſa placent, magis illa ſeqvemur
Sed qvod perſvadet faciat ſimul illud & ipſe
Pompeijquè mihi referat caput inde qvietus
Somnia percipiam, Pompeij ſomnia vana
Si procul abſuerint qvibus obſuſcamur amarè
Hæc erit Auſoniæ gratiſſima victima genti
Libertas qvorum virtuſq; ſubacta laborat.
Illius ob cauſam Generoſi quo periere
Tot tantiq; Duces penſetur ſangvine ſangvis
Quid ſit quamq; gravis mors hic ſimul experiatur
Iuſtius hocce nihil pereat qvicunq; cruentus.
Enſe cadat qvisqvis rabidus furit Enſe cruento
Par reddenda ut ſit Lanx & menſura cuiq;
Sis animo forti propera generosè Sodalis.

Perge meumq; ſtatum fac ejus ſangvine tutum
Cæſaris hæc genio gratiſſima victima fiet
Romaq; gaudebit deletum quando videbit,
Quæ nudata gemit, tum Græcia tota per illum
Cur ejus cauſa pereamus, perfidus auſis
Ipſe prius pereat, tantorum cauſa malorum.
Ad Phlegetonta ferox furias comitetur amaras
Qui tot præmiſit præclaros Marte togaq;
Ad ſtiga Patricios, Veſanus Cæſaris iram
Effugit ille qvidem victus quo turpius eſt nihil
Sed non effugiet qvum ſit juſtiſſima noſtram
Gratus erit Cæſar cædis tutuſq; Senatus
Et nos illius vivemus cæde quieti.
Sed Cleopatra ſoror qvamvis ſit, neſciat illud
Ne mea præpediat mandata ſalubria cunctis
Forſitan hoc illi poterit crudele videri,
Nam commune bonum mulier rariſſima cernit
Utile quod ſtatui fuerit rariſſima cernit.

Cleopatra.

ME miſeram! mea ſpes qvam tanto tempore vitæ
Intra me tacitè ſervabam diſperit omnis.
Sim Regina licet perij miſeranda nec ulla
Spes datur ulterior quâ mæſta reſurgere poſſim
Quid faciam! tutore carens pereunte fideli
Vivere triſte meum dum vitæ deficit æqvum
Subſidium dum livor edax præmit inſidioſus
Quiſq; mori potius qvam vivere qværit honeſtus
Victima perverſis dum fit fatiſq; ſiniſtris
Subditur & præmitur ſcelerata lege malorum
Quamq; videt legem turpem ſervare tenetur.
Cogitur injuſtis juſtus dum ſubdere cola
Me miſeram! mea ſors & ſpes juſtiſſima ſceptri
Quod teſtamento genitor mihi jure reliqvit.
Sublato Magno perijt qui tutor & Auctor
Sortis erat noſtræ turpi juſtiſſimus Heros

Fraudè perit, ſed quæ tua Laus ſcelerate Tyrannè
Sis quamvis Frater quod eum tibi qui Diadema
Reddidit, hunc audes veſana tollere fraude.
Illius ecce caput ſublatum fertur in Haſta
Monſtraturq; palam tanqvam prædonis & Hoſtis
O ſcelus à nullo juſto ſub ſole probandum
Hinc hoc nè videant avertunt Lumina Cives
Qua ratione nefas Superi tam grandè ferumq;
Impunè juſti cum ſitis ferre poteſtis!
Si mala quæ fiunt nos inter cuncta videtis.
Hæc nè datur merces Tutori! multa talenta
Auri præſtanti nobis pulſoſq; tuenti
Omnia præſtando quæ vitæ commoda ſpectant
Patreq; plus nobis qui præſtitit omnia præſſis.
Nec Phæbus terras quas proſpicit irradiatq;
Deterius facinus vidiſſe fatebitur unqvam.
Me quoq; triſtis in hoc miſeram manet exitus oris
Fraude velut perijt Pompejus & ipſa peribo,

Pars ratio Diadema cupit Rex ipse tenere,
Omnia patrantur causa temeraria Sceptri.
Nam Socium Diadema neqvit sufferre fidelem.
Sic velut ipsa Venus duo sunt hæc invida cunctis
Hac Magnum bellum gessit cum Cæsare causâ
Cuncta licere sibi censet suprema potestas.
Et perijt qvisqvis præsumit dicere contra
Difficile est frænare feros fortesq; Leones.
De virtute loqui vanum qvos ambitiosa
Vexat & attenuat regnandi dira cupido,
Aut qvos armorum temeraria vexat Erymnis.
Ergo quid faciam! me sensus consiliumq;
Destituit, mersam tantis in rebus amaris
Sed nec amara forent si causa his afforet æqua
In summa taceo patientem me fore præstat
Dissimulabo velut Ptolomæus cuncta Tyrannus
Me Cæsar faciet securam justior armis
Iusta triumphabit justo sub judice causa.

Non tolerant ſuperi longævos eſſe ſcelestos
Interea mihi fide refer ſcelus illud Aconti
Qvum fueris præſens hæc dum triſtiſſima cædes
Perpetrata fuit Pompeio qvis fuit auſus
Proh inferre manus, hæc nobis cuncta refunde
Hæc ut nos rurſus poſſimus cuncta referre
Ad quos ſpectabit, veniet nam fulminis inſtar
Innocui vindex actutum ſanguinis Heros
Ille cui fuerat Pompejus ſangvine junctus.

Acontius refert.

JNfandum Regina nimis nimiumq; cruentum
Coram numerare jubes noſtro ſub Sydere nunqvam
Auditum facinus, qvod dextra ſiniſtra peregit.
Septimij qvem Dux cernendo Comilitonem
Eſſe ſuum qvondam, Patrio ſermone ſalutat
Sed proh ingratum nimis eſt expertus eundem
Hoſteq; perverſis hunc auſis aſperiorem

Intra me quoties tacita dum mente revolvo
Flere palam, timeo qvia Rege iubente perivit
Et qvodcunq; jubet Rex plebs hoc judicat, æqvum
Incipiam brevibus quæ ſunt patrata referre,
Heus utinam nunquam tam viſa nefanda fuiſſent
Adveniens Dux ille probus comitatus amara
Gente ſui fati, qvæ triſtis & illa perivit,
Poſt tot perpeſſas clades ad littora noſtra
Subſidium ſperans qvod jure decebat eundem.
Tanqvam tutorem qui dum veniſſet ad oras
Nunciat hunc de more ſtatus ſpeculator adeſſe.
Qvem Rex attonitus dum portis ſenſit adeſſe.
Mox jubet ut properent Achilæus Septimiuſq;
Officialis erat quondam Romanus uterq;,
Sed propter certum facinus diſceſſit uterq;
Magnus ut agnovit lætatur eoſq; ſalutat
Alloqviturq; feros Patrio ſermone Monarcha
Quod videam lætor vos quondam comilitanas Se-

Septimius mimium reſpondet voce ſuperba
Nunc nos agnoſcis dum non noviſſe juvaret,
At dum debebat nos noſcere deſpiciebas
His Magnus dictis oculos animumq; remiſit,
Diſſimulans differt quæ nunqvam diſſimulanda.
Sed non credebat tam facta ſiniſtra futura,
Si mox in rigidos inſurrexiſſet eoſdem
Armatus proprijs ſervis viciſſet ut Hector,
Straviſſetq; feros merito quod jure decebat.
Sicq; receſſiſſet Victor non victima victus.
Sed timor attonitos cunctos Magnumq; tenebat
Scandere vult Barcam Magnus quæ miſſa ſuperbis
Auratis fuerat Patrio de more Corymbis.
Nil ratus ille mali cimbam conſcendit, at ecce
Mox latus à tergo divellitur enſe cruento.
Septimiuſq; caput ferro obtulit, illius olim
Signifer Haſtatæ Legionis Prætorianæ.
His Achilæus adeſt Comes ejus perfidus auſis

Ibat uterq; petens Urbem cantando Triumphos
Infixumq; caput Regis portabat in Haſta
At Populus faciem facinus tam grande videndo
Triſtis avertebat, nolebat Rèx ſimul ipſe
Iuſſerit hocce licet caput hoc lætale videre. —
In mare proicitur Pompejus Piſcibus eſca
Turpiter in prædam Naucleris purpura facta.
Surripiens indutus eam fert Maurus in altum —
Barbarus ingeminans voces, en Gloria Magni
Tincta cruore ſuo Majora colore rubeſcit
Quam Tyrio, color hic rigidos decet iſte Tyrannos
Fiat & ille demum Neptuno victima turpis
Qui ſummas Prædo Pelagi ſpoliaverat Urbes
Talia dum ſentit Cornelia dum videt ejus
In mare corpus agi pariter ſe mittit in æquor. —
Gens qvam vix adſtans poterat ſalvare natantem
Mittite me pariter Chaldæi clamat in undas
Mittite fida ſequar conſtanti mente maritum

Non poterit me mors disjungere ſævius ipſa.
Vivere morte mihi eſt viſo pereunte Marito,
Quando mei perijt potior pars ſubſidiumq;
Præcipuum vita cur mortem mæſta recuſem.
Orphana dum video mea tandem pignora, cura
Nulla qvibus Pietas medijs in gentibus iſtis.
Omnibus inviſis cur qværam vivere mæſta
Hoc unum ſupereſt ut cæſo juncta Marito
Per tantas Pelagi ſirtes agitata qvieſcam,
Una meos poterit iam mors finire dolores,
O! dilecte mihi Conjux felicior es me:
Qui iam finiſti præſentis tempora vitæ
Inter tot rerum diſcrimina duraq; fata
Quis quis amans vitæ nimis eſt terroreq; mortis
Concutitur nunquam tranqvilla mente qvieſcet
Expedit ut patiens committat cætera Divis
Quod vè placet Domino ſis ſemper ad omne paratus
Vitari qvidqvid neqvit æqua mente ferendum

Hæc

Hæc Mulier natis flendo Cornelia præffert
Et tandem cunctis adstantibus ejus amicis
Infracta timidos hos omnes mente Philipus
Solatur, Matremq; piam procul indè retraxit
Sis animo forti dicit mæstissima Mater
Patris ero vindex ac tutum sydera testor —
Dummodo concedant, sic me Deus adjuvet ille
Depræsos justes qui respicit & juvat omnes
Majorem Classem præfert Hispania longe
Cæsareà quæ nos expectat in æquore prompta
Atq; utinam sciret de nostra sorte sinistra
Postpositis cunctis ut nos tuteatur adesset
Ocius hæc aderit modo Nuntius adsit eidem
De tantis ausis Ptolomæus quæ tulit in nos
Sors eadem Martis non semper, desine flere
Perfer & obdura, veniet post Nubila Phæbus —
Hesperiam nobis orientem spero futuram
Nos expectat ibi melior sors, & legiones

Littus ad Hesperiam mandataq; nostra
Expectant, non tam lassæ fractæq; Procellis
Assiduisq; vijs prout Cæsaris irrequietæ.
Consolare Parens sunt qvi nos fortibus ausis
Defendant, aderunt modo nôrint nostra sinistra
Cæsar & ipsæ Tuæ veniat modo judice causæ
Fortis erit vindex properat velocibus armis
Qui semper fuerat velox, his nonnisi duris
Tardus adest fatis, aderit tamen Ocior Evro.
Surge velim curæq; tuæ procul inde recedant.
Tendite vela ratis Socij properate favente
Assiriam vento videat cornelia Patrem,
Qui Rex est quo non sub sole vetustior alter,
Ostia sic Nili Cornelia flendo reliqvit
Iuncta suis natis illos solatur Avumq;
Commemorat qvamvis sit tristis fronte serena
Plæna dolore licet simulat mentemq; relaxat

Ten

Tendere vela jubet cupiens migrare, ſed ecce
Cernitur à longe Navalis Bellica Claſſis
Præter ſpem ventis dum Cæſariana ſecundis
Ipſeq; Cæſar adeſt, ſed dum perijſſe cruenta
Morte videt Magnum deflens tam triſtia fata
Iurat in Aſtra Ducis tanti quod ſangvinis ultor
Fortis erit quamvis ſi verum dicere fas eſt
Interitûs ejus fuerit primaria cauſa
Qui cauſæ cauſa eſt cauſati fit quoq; cauſa.
Cæſar erat ratio quia victus fugit in oras
Niliacas ubi factus erat triſtiſſima præda
Ter acie victum terraq; mariq; potenter
Perſequitur Cæſar licet illum perdere poſſet
Diſſimulat, permittit eum diſcedere ſalvum
Sat viciſſe fuit generoſi more Leonis
De ſolo tantum primatu bella fuere.
Siſtitur exemplo Cornelia mæſta favente

Cæſare quam placide patrio ſermone ſalutat
Ploranti fidum tutorem vindice Marte
Se ſe declarat, promittens omnia clemens
Quid quid opus fuerit facturum quod placet illi.

Cornelia.

AUſoniæ gentis munimen præſidiumq;
Imperij Latij Di ſint tibi Cæſar ubiq;
Propitij ſicut fueras mihi ter miſerande
Propitius, præſſam quamvis â parte tuendo
Hoc unum miſeræ viduæ ſit maxime Princeps
Præcaviſſe tibi ſolummodo, cautior eſto
Nè pereas Ptolomeus atrox te tollere tentat
Omnia ſecreto faciens te Numina ſervent
Ut me ſervaſti Latiæ Dux maxime Gentis
Ad perpetrandum crimen tam grande, Miniſtros
Eligit ecce meos, qvo certius omnia fiant
Quod ve minus metuas, Regales illius ædes

Elegit, qvibus ut dolus & fraus aptior eſſet.
Hinc epulas moneo, vitato quas parat ut te
Sacrificet Diti ceu Magnum ſuſtulit & te
Tollere præſumit, nôris conſurgit & ipſe
Signifer Endimion, quem fidum credis amicum.
Hiſce meis monitis cupio te vivere Cæſar
Cautior intra te ſerva quæcunq; reporto.

Cæſar.

AT tonitus tua verba noto, vitamq; meumq;
Quid quid erit, Tibi me Cornelia dedico totum.
Omnia pro vita dare munera nemo recuſet.
Sis animo Regina bono pia Numina teſtor.
In rebus cunctis te ſummo jure tuebor
Quam mihi teſtaris te virtus iſta fidelis
Eximet à cunctis pietaſq; relata Procellis.
Iuſta brevi quemvis ſceleratum pæna ſeqvetur.
Primus ero verus Pompeij ſangvinis ultor

Primus in hoc Regno ponam vexilla cruore
Tincta, nefas tantum quisquis præſumpſit iniqvus
Auditum nunqvam Dux ut Tutorq; necetur
Quod Ptolomæus atrox præſumpſit; non ego qvamvis
Marte laceſſitus præſumpſi tollere vitam
Tam clari ſub ſole Ducis, ſatis hoc mihi laudis
Quod Victor fuerim, ſatis eſt viciſſe, nec ultra
Plus tentare licet, res eſt pulcherrima victis
Parcere, Victores commendat gratia pluris
Quam rigor & feritas timeat quæcunq; timetur
Tutior eſt qvisqvis bene vixerit inter amicos
Septimius pereat tanti qui criminis Author
Primus erat nec eum Ptolomeus Marte juvabit
Præda ferox non miles erat temerarius auſis
Nec Ptolomæus eum qvod iuſſerit id faciendum
Hunc excuſabit, crudeli morte peribit.
Sed Cleopatra venit de noſtra ſorte tacendum
Expedit ut nullus ſecretum noverit illud

Omnia ſecreto faciat qvicunq; potiri
Poſtulat optato, ſi quæ ſunt ſeria fine
Quæ facienda manent ut fiant neſciat alter
Quæ minime credis nè fors ſint impedimentum.

Cleopatra viſitat Corneliam.

DIgna Polo meliore frui virtute fideq;
Præcelſa Regum Chaldæâ ſtirpe creatą
Grande genus cujus primo numeratur ab ævo
Sponſa Ducis ſummi Latij Cornelia ſalve
Caſibus adverſis tantis agitata quod ipſe
Vix numerare poteſt hoſtilis pontus Achivus
Quæ perpeſſa maris fueras excedit arenas
Opræſſam tandem Viduam tantoq; Marito
Privatam, ſponſo ſublato morte cruenta
Qui fuit inter nos æternum vivere dignus.
Hoc ipſo tamen es felix cenſenda quod æquo
Cuncta feras animo conformis in omnibus aſtris
Pulchra pati res eſt quod non meruiſſe fatentur

Ingenuæ gentes pretio qvibus unica virtus
Inde tuum nomen virtuſq; manebit in ævum.
Semper honos pietaſq; tui ſub ſole manebit
Intemerata Viri quamvis violata Tyranno.
Tum quoq; felicem! qvod iam ſis Cæſariana
Quo ſecura manes quavis ratione viaq;
Legitimo qvi te tandem dignatur honore
Atq; tibi fidos cunctos conſervat amicos
Cumq; tuis caris natis comitantibus armis
Ad Patrios te declarat transferre Penates.
Perverſæ gentis de diris hiſce Procellis,
Inqvibus immergor miſeranda, beatior es me.
Quod proparte tui nunc experiaris amicos.
Me perverſorum mala fortiter undiq; cingunt
Sim Regina licet, duntaxat nomine ſolo.
Gaudeo, cuncta tenet frater quocunq; Tyranno.
Inde minus ſecura meæ ſum perdita vitæ.
Exilijs graviora ſcias ſunt impia Sceptra.

Tutior

Tutior exillio fueram dum perfida me gens
Misit in exilium, quam nunc dum porto Coronam.
Sed puto Cæsar adest dequo fit sermo tacendum. —

Cæsar ad Cleopatram.

NIliacæ gentis fulcrum tum gloria salve,
Incolumem quod te tandem pulcherima cernam
Lætor & esse tui cultor suspiro decoris —
A teneris meminisse juvat comitata Parente
Quô fueras Romæ licet exul semper ab illo
Tempore, constanter menti mihi nunc & inheres.
Quæ nos contentant horum servatur idea, —
Moribus & forma velut omnes candida vincis
Sic animo vinctum me servas, sim licet Orbis
Victor at ecce refers de me formosa triumphos.
Tu mihi sola qvies si ne te nec vivere possum.
Lætaborq; tuum si me dignabere sponsum
Hic mihi thesaurus quem tandem qværo futurus

Omnibus ingenuis qui quærunt vivere pace.
Connubio ſtabili nil juſtius utiliuſq; .
Nemo ferox tutus longævus nemo cruentus
Solus amor tutos felices atq; qvietos
Efficit ut vivant cupimus duntaxat amantes.

Proteſtatio Cæſaris de Bello contra Pompejũ.

JNgenue fateor prætendo vivere pace
Et niſi me Patriæ Pompejus fervidus Hoſtem,
Declaraſſet, eram fidiſſimus ejus Amicus
Hinc non ex animo ſed duco Bella coactus.
Quæ rabies ſemper duros tranſcurrere Montes,
Cum tantis turmis veſanis agminibuſq;,
Nulla fides qvibus eſt ſed ſumma pericula vitæ.
Expenſas belli taceo ſummoſq; labores,
Et ſummas curas inter diſcrimina magna.
Hic Victor præſtans affectu vincere ſi qvis
Cunctorum genium novit probitate ſtipatus.
Sed Libertus adeſt Pompeij flendo, videndum
Quid ferat & ploret: Lætalia fert miſer, intret.

Phy

Phylipus Pompeij Libertus.

EN cineres Magni qvi toto clarus inorbe
Dux fuerat qvondam nunc parvâ clauditur Urnâ
Fluctibus ille maris iactatus cæſus arenæ
Littoris ejectum reperi iam viſcera corvi
Principis Auſoniæ ſummi lacerata ferebant,
Hunc ſub veſte fero, metuens ne forte ſatelles
Regius adveniens & me ſimul enecet ægrum
Septimio primo Coripheo criminis hujus
Non parcit judex fuerit licet ille qvintes,
Carnificis colum mandavit tollere ferro,
A longè flentem me cernens juſſit adeſſe
Pompei cineres primus lacrimando piavit
Oſcula dans urna proclamat voce ſonora
I decus Auſoniæ qvo fas eſt ire ſuperbas
Geſtis & meritis animas tibi gloria læto
Parta eſt crudeli, tanto tua gloria major
Quo plus paſſus eras, quod non meruiſſe fatetur;

Qvi te cognovit virtutibus integer Orbis
Tale neſas qvisqvis præcepit perfidus auſis
Nec Rex nec Princeps à pænis excipietur.
Num inteſtatus; nimis indignando receſſit.
Congregat ex templo veteranos Comilitones
Atq; jubet cunctos audacter adeſſe paratos,
Dum tuba ſigna feret quo Mars hoc juſſerit ire
Auditis iſtis ſubito Rex ceſſit ab arce
Iunctus Achilæo portum petit Armaq; forti
Mente capit, properare jubet jungendo cohortes
Ipſeq; diſponit legiones Turnus ut alter.
Confidenſq; Loci munimine Cæſaris iram
Contemnit portum defendere gente feroci
Contendit quæ ſunt conducit idonea caſtris
Pluſq; dolo ſperat quam viribus hos ſuperare
Undiq; concurrunt Ægiptia ſigna ruuntq;
Exacuunt frameas & dant mucronibus iras.
Rex equites animans ad prælia dirigit ipſe,
Indignando dolet quod non ſucceſſerit illi

Nu-

Nupernum facinus de Cæsare præmeditatum.
In medijs epulis audax quem nuper adortus
In cassum siqvidem Cæsar cognoverat illud,
Ut Benefactori Cornelia rem patefecit
Clausaq; iam fuerat via subterranea per qvam
Iusserat oculte Ptolomæus adesse cohortes
Pervigili sed fraus turpissima vincitur arte
Prospicit ex omni Dux prudens parte viaq;
Hostis ab insidijs ne bellans decipiatur.
Sub vigili stant Castra magis secura Magistra.
Difficilis captu vigil est annosaq; vulpes,
Haud facile milles veteranus fallitur arte.
Munimen primum Dux prudens & veteranus.
Sic Rex elusus fraudis patrator iniqvus,
Quam præse tulerat, Cæsar salvatur, & inter
Convivas Hostes mira nimis arte recessit.
Cedere qvi nunqvam victor sed cædere visus
Perversæ fraudis prudenter cessit habenas

Cæſaris enſe cadit qviſqvis præſumit eidem
Contra ſtare, iacet ſi qvis venit obvius illi
Hanc fert mercedem temeraria turba canopi
Agmine ſub tanto ſe defendendo potenter
Vix ſe ſalvavit, pugnabat veſte reiecta,
Maluit inter eos Chlamidem quam perdere vitam
Ignaros rerum Cæſar madidoſq; Lyæo
Armigeros reperit caſtris nil tale timentes
Cognitus ut caſus mox qvilibet arma capeſcit,
Rex tanti complex ſceleris mærore potenter
Angitur, indignans quia non fecere Sodales
Quæ commiſſa ſibi fuerant ſub crimine vitæ
Indè iubet multos ſummoſq; necare Tyrannus
Quid faciat neſcit Rex idignando relinquit
Cuncta, capitq; fugam contemptis mænibus altis
In portum quo non datur hujus tutior ora
Se confert aulâ ſpretâ Caſtriſq; relictis.
Tutius ut valeat procul inde recedere victus

Navali quæ prompta fuit trans æquora claſſe.
Antoninus adeſt non expectando ſuperbas
Auſonias reliquas legiones protinus audax
Aggreditur Regem tuto fortiq; tumentem
Intrepidum portu cupiebat ferre ſuperbus
Victoris primus nomen de Cæſaris armis.
Aggreditur furijs comitatus Cæſarianos
Pugnatur dubio tum longo Marte potenter
Cui tribuat neſcit volitans victoria palmam
Nec mars ad quem ſe vertat bene noverat haſta
Quem juvet ignorat, pars utraq; fortis & audax
Audacter qvavis inſtatur parte, nec ullus
Cædere vult mutuo complentur ſangvine rivi.
Pectora pectoribus iunguntur & enſis in enſem
Concutitur, ſonitus partem conturbat utramq;
Qui fuerant firmi Galeis audacius inſtant
Haſtati franguntq; vias per tela per enſes.
Hic primum viſum qvid deſperatio poſſit.

Hic utriusq; fuit series supræma Monarchæ
Undiq; congressus vires audacia præbet
Prosiliens medios audax Ptolomæus in hostes
Sternit ubiq; suis comitatus Cæsarianos
Inq; fugam vertit multos ceu straverat ipse
Cæsar in arce fugam cupiendo sed exitus impar
Hunc fuga salvavit qvia justum, perdidit illum
Ut pote crudelem maculatum sangvine Magni
Quam maculam nunqvam delebunt sæcula Nili
Per totum tam grande nefas vulgabitur Orbem
Omnibus in gestis nimium temerarius ausis
Rex fuit, infaustus fuerat sic exitus ejus
Belligerando suâ fortunâ nescijt uti
Sponte novus Milles conductus cedere tandem
Marte coactus erat confusus prætorianus
Palma seqvebatur iam partes Assiriorum
Cæsarianus eques bellando defficiebat
Non tantum numero fuerat minor hoste superbo

Sed quoq; perpetuo fractus ſudore viarum.
Maxima pars Orbis poſt quam foret hiſce peracta
Hos cernens laſſos in equis Ptolomæus & ægros
More triumphantis clamabat pergite fortes
Audaceſq; mei generoſi comilitones
Cernitis ut laſſi vix portent arma Qvirites
Pellite de veſtris terris arcete ſceleſtos.
Injuſte qvi nos ſua ſub juga mittere tentant
Prædones orbis pereant Latronibus orti
Nunc animis opus eſt ò cives! gloria veſtra
Immortalis erit ſupræmos totius orbis
Quod vos Prædones primi ſuperetis, eoſq;
Pellite trans erebum rigidi procul indè recedant.
En quanto radiant auro faleriſq; ſuperbi
Veſtibus & Pharetris prætioſis ecce refulgent
Quas avidi Populis violenter ſurripuere.
Cæſar ad has voces nimis indignando Tyranni
Approperat, quanquam numerō minor at Veteranis

Armigeris, quorum iam cognita Martia virtus
In rebus belli qvibus experientia major
Auſonijs qvorum fuit hic honor affore primos
Germaniſq; qvibus commune eſt belligerando
Vincere ſive mori, quos noverat eſſe fideles
Intrepidoſq; viros, qui ſervabantur in armis
Caſibus extremis alij dum deficiebant.
In ſumma cunctos adſtantes Comilitones
Alloqvitur Cæſar medio ſtant agmine campi
O! ſocij qvavis mihi ſemper parte fideles
Nunc opus eſt animis, de noſtro martis honore
Res agitur, tum de vita properate Sodales.
Et certate pari virtute, videte Tyrannum
Quam ferus inſulter nobis ſpernatq; Superbus
Auſonias noſtras præclaras marte cohortes.
Virtutem qvarum iam totus ſenſerat Orbis
Spernere præſumit temeraria turba Canopi
Nec mora proſiliunt audacter Prætoriani

Pecto-

Pectoribuſq; ſuis ferratis omnia ſternunt.
His Cæſar firmat trepidantia cætera ſigna
Irruit in turmas Ptolomæi pellitur hoſtis
Ipſeq; Rex pugnans circumdatus agmine denſo
Se ſalvare volens qvam confidebat in arcem
De via ſylvarum fugiens petit abdita quæq;
Sylva vetuſta fuit nulla violata ſecuri,
Denſa proindè vijs nullis accomoda fraudi
Quam proprio placito Rex conſervabat alendo
Intus venandi cauſa genus omne ferarum
Hanc Driades coluere cui vicinius æquor
Ad quod Piſcator latitabat pauper in ære
Ditior ad vitæ proprio probitate Tyranno
Sorte ſua vivens contentus neſcius horum
Cunctorum quæ gens patitur circumdata muris
Hunc fugiens Ptolomæus adit trepidando rogatq;
Otius ut Cymbam ſibi porrigat, auferat illum
Hoſtibus è medijs fuerat qvibus undiq; cinctus

Quæritur interea per devia quæq; ferarum
More ferus latro distentis Cæsarianis
Advolat ad littus timidissimus Ocius evro
Vult Piscatoris Cymbam salvetur ut illa
Hostibus è medijs Cymbam metuendo Charontis
Ne cadat in Casses metuit jam Cæsarianos
Cui nuper prædo tentabat tollere vitam
O! miseram sortem Regum, qua tutior ipse
Pauper erit ruri latitans in pace qvietus
Hunc non perseqvitur temerarius Hostis, eidem
Dum quod tollatur non est nemo insidiatur
Nec Mora: dat Cymbam Piscator scandit eandem
Rex varijs timidus custodibus associatus.
Æqvoris instanti vento dum creditur altis
Cymba venit gravius fatum dum mersa laborat
Pondere præ nimio cunctos vorat æquoris unda
Nec Regi parcit qvamvis Neptunia Proles
Hic fuerit sicut de se referebat inique

In fauſtum caſum ſceleris juſtiſſima pæna
Proſeqvitur, ſuperum ceu Magnus in æquore merſus
Hunc ſuperi ratione pari voluere perire.
Sic viſum ſuperis nihil eſt conformius illo
Quam necis ut pereat nece ſic ſimul Author eadem
Menſurâ ſimili recipit ſua qvivis ab Aſtris
Pæna Dei fore tarda ſolet dum nos meliores
Expectat, quod ſi non fiat juſta ſeqvetur.
Compeſatq; moram pænæ gravitate IEHOVA.
Inde poteſt qvivis exemplum ſumere vitæ
Quam favor inconſtans ſit nec non gloria Mundi
Cæſar & ipſe perit miſerè propricq; Senatum
Sangine conſperſit, quem tantis ſuderat auſis
Præmonitus qvamvis fuerit ne jura Senatus
Contaminet, monitum contempſit & inde perivit
Fraude ſimul perijt, Pompei cæſus ad aram
Dira Senatorum, quod conſpiratio fecit.
De quo bellando referebat ubiq; triumphos

En poſt fata iacet ſtatuam proſtratus ad ejus
Hoc qvoq; judicium quis deneget eſſe ſupernum
Stat ſua cuiq; dies breve ac irreparabile tempus
De quo ſtricta nimis ratio reddenda cuiq;
Seu bona ſeu mala ſint qvemvis ſua facta ſeqventur
A Superis mutuo redduntur cuncta tenore.

Panegiricon Romæ habitum, in Laudem Joannis III. & aliorum Hæroum ibidem ei aſſiſtentium, poſt obtentam Victoriam ad Viennam ex Turca: ſunt hic non nulla à Skop in verſum redacta.

TErribilem Othomanicæ Lunæ ecclipſim, Divinâ ſingulari Gratiâ, & magno valore Endymionis Sarmatici, evaſimus & liberati ſumus.

Qvam nimis audacter Rex prudens luxuriantem.
Duxit in exitium, deliqviumq; ſimul.
Perfida ſacrilegæ frangendo cornua Lunæ.
Hanc decreſcentem fecit eamq; fugat. Pe-

Pericula Regni evaſimus, mediante Scipione redivivo; qvorum Armis, numero, at furore hoſtili atrocius, neç noſtra vidit ætas, nec Veterum Scripta memorant. Et ſane non magis unqvam in ambiguo ſtetere vires ſupremæ, cum in contraria laborantibus, ſub una denuo Imperij Urbe, totius Chriſtianitatis libertas aut ſervitium perpetuum agitaretur. Duo qvippe validiſſima Orbis Imperia in mutuam pernitiem exarſere ut ſi rerum ſeries perpendatur, longe in graviori periculo fuerit pars illa qvæ vicit, qvam qvæ turpiter victa & in fugam exitialem verſa. Vindices noſtræ calamitatis ruinas reſpectamus alto inniti, hæret adhuc menti funeſta ſeries publici mætûs, & per anxias mentes terribilis illius belli & captivitatis, qvæ nos expectabat, & jam imminebat, horrore torquemur. Obſervatur animo Auſtriaca Urbium Princeps innumeris obſeſſa Gentibus, qvas oriens barbaries in excidium noſtrum atrociter armavit. Nunquam ſub una ditione viſa tot Populos & tam diſſimiles habitus lingua & colore, immanitate truces, aſpectu terribi-

les

les, qvibus humani nihil moris & pietatis. Hinc feralis tubarum ſonitus, Caſtrorum fremitus, qvorum extenſio vix oculis conſpici poterat. Morientium gemitus, captivorum planctus & ejulatus, inde Oppida & ſuburbia diruta & expoliata, quæ extenſione ſua alias Urbes ſuperabant, incenſæ villæ & pagi temerata ſanctuaria, & qva viſus agi poterat, ducta in prædas agmina, nudatas ludibrio matronas, raptas ad Stupra Virgines, ad Sodomam Pueros, adultos vero contra Patriam violenter armatos & in primas acies ad aſaltus Urbis ducentes, ante ſuas Barbaras Legiones ſtatuebant; adeo vivax eſt Calamitatum memoria Rex invictiſſime, ut in hac tam dira triſtium temporum Calamitate, Te ipſo coram audemus ea mala repetere & commemorare, qvæ tu plus qvam Heroa qvia Cæleſti auxiliante virtute depuliſti, ſed nil tibi accomodatius ad memoriam gloriæ tuæ, qvam Calamitatum noſtrarum relatione. Tua in nos merita re-

cenſe-

censere qvibus intantum supra humanam Sortem emines, ut parum grati videremur. Si Cladium nostrarum nos pæniteret, anguste nimis virtutem tuam & potentiam metitur, qvi non impossibilia de Te credit.

Tunc liberi tunc salvi facti sumus ab hoste crudeli, dum labenti Imperio fæderatam manum devovisti, Cælesti qvadam virtute & instinctu properantia Christianorum Principum vota & conamina prævenisti, Parum fuit Majestati Tuæ promissis fidem adimplesse, nisi ut superasses hostem, Altissimæque Indolis Filium quem virtutum tuarum imitatorem habes, Tibi adjunxisses, ut majori terrore Barbaries videndo tantam magnanimitatem terreretur. Superbiebat quondam Roma quod in latiali quondam conflictu duo in æqvis id est Castor & Pollux Tutores adstetissent eosq; aris publicus in pretium victoriæ partæ decoravit, non his morabimur antiqvis nova præferemus, Vos ipsi estis Divinitus missi in Adjutorium nostrum, idq; miraculo tantæ victoriæ majoris

quam ut olim approbastis. Qvod si Invictissime Rex illis sæculis vixisses nec Te Tutellæ & securitati nostræ Pia nobis Numina præservassent, quanta Religione vivum adhuc majori longè qvam *nos* Te nunc colimus Gens illa Pagana coluisset. Tu Delubra Herculis, Martis Fana & Capitolij Templa implevisses, sed cur in vanum hæc Regis Pijssimi Auribus ingero, qui longe majora Elogia refugit, quæ Civium & Senatorum Regni Studia & Præces erant ut Regium Diadema assumeres, qvam tarde victus Provinciarum præceltus paruisti ut tutelam Eorum assumeres. Magnum eqvidem hoc sed cum alijs commune Principibus, Illud est peculiare illud mirandum, quod Superioribus Sæculis Monarchis gloriam præripuit, & magnitudine sua fidem posteritatis adimplesset, difficile credent posteri extitisse, Monarcham, qui post habitis Regni Curis & delitijs reclamantibus Civibus, renuente pignorum Charitate perrexerit ad Extera, tam periculosa & grandia belli discrimina & labentis

Impe-

-Imperij periculis Ipſum ſe atq; omnibus ſuis obiectave-rit, non video qvid pulchrius magiſq; Cæleſtium animis dignum fuerit, Qvum Tu tam difficilis expeditionis Auſpicia ſumpturus ante Altare, inter circumſtantium Lacrimas poſita Corona, verſoq; in Sagum paludamento Chriſti militem indueris, Nemo Diadema tam glorioſe accipiendo meruit quam Tuo illud deponendo. Meruerat maxima pietas Cæſaris ut ad præſidium periclitantis Imperij adeſſent, legiones ætheriæ, ſed viſum eſt Superis Pietatem tuam & virtutem tanta victoriæ laude penſare, ut omnem divinitatis oſtentationem Te bellante ſupreſſerint, ne libertatem Europæ Incolumitatem Fidei ulli magis quam Tibi deberemus. Non ſine impulſu quodam Numinis contingit, quod fortium Gentium altrix Germania peregrina auxilia præcipue vero Tua quæſierit, qvia à nullo tantam efficaciam ſinceram & velocem ſenſit, quam à Te. Actum erat de validiſſima Urbe & Capite Imperij, forti qvamvis milite Firmiſſimis mæ-

nijs & grandi deffensa Danubio nisi te Ducem fortissimum & Prudentissimum omnibus parem periculis opposuisset Cæsar. Nunqvam majoribus Copijs & obstinato magis furore peracta sunt Gentium excidia, qvum tam repente Hostis advolans Viennam obsideret & circumdaret, ut nullus fore in circumstantibus locis se salvare potuerit & sublatis omnibus præclusisq; vijs finitime etiam Urbes inopiam paterentur. Augebant Turcarum Spem Victoriæ Rebellium Turmæ Ungaricæ imixtæ Eisdem Barbaris, Rebellis tota Pannonia contra suum legitimum Dominum maxima damna tulit, ut potè qvibus omnia loca vicinitate sua perspecta fuere, qui extra Castra in circum volitantes acerrimi fuere, Barbari vero in Urbem totam vim & laborem expugnandam impenderunt admotis undique Machinis & Tormentis ad muros ad Portas verò aproxamando adeo fortiter assaltum faciebat ut Cadaveribus pijs vallum impleret, Adversus hunc Hostilem impetum Starenberg Comendans

eversis

eversis iam muris ita viros & arietes locis muri aptaverat ut opugnantium vim incredibili virtute repelleret pectoribus suorum ipsa juventus delecta Accademica postpositis Calamis & libris Arma Capesceret adfuit in qvavis parte viaq; mali.

Et ubi plurimum periculi erat illuc animandi alios pectora sua objectabat & generosissime rèsistebat, imbellis etiam muliebris Sexus & pueri & Virgines qvantum vires concesserant animis assurgentes qvid qvid Opus fuerat Armigeris suppeditabant alacres. Commendans ipse omnibus præsens semper aderat.

Hortabaturq; suos & animabat ne perdant animum, Brevi ad futurum Subsidium undiq; Monarcharum, Præcipue vero Regis Poloniæ cum ejus selectissimis æqvitibus, qui omnibus alijs gentibus velocieres esse solent, Non minori extra Urbem laude Lotaringus Hostium impetum, ubiq; sustinebat, nec ultra progredi & vastare fines Austriæ sinebat, plurimos captivando qui nostros

captivare exibant. Vir qvi supra generis sui Celsitudinem & avita facinora, Illustria longe Illustriorum extiterat inde pacis & belli gloria, omnibus Ducibus ante nos æqviparandus, Hic Cæsarianis Legionibus Supremus Dux ad Danubium omnes vias Hosti præcluserat adeo ut nullum excursiones Hostiles damna inferre passus ulibi sit. Neve Urbem à tergo relinqueret diligentissime observabat, qvam omni proventu & adjutorio tuebatur, aggrediebatur indies hostes, intercipiebat Comeatus. Tanta deniq; arte & felicitate pugnabat ut Hectora sub Troja crederes, talem qvippe fuisse oportuit, qvem bellicæ laudis prærogativa & Comilitonis Gloria, Rex invictissimus insignivit eidem totum Exercitum Imperij fidendo, Urbs interea diuturna & gravi Obsidione indies magis & magis gravabatur, Iamq; fessi præsidiarij & Cives viribus & animo deficiebant, sed nil magis obsessos solicitabat quam defectus annonæ crescebatq; in dies omnium rerum innopia & nisi Ingeniosa Iuventus Accademica noctu ex Urbe erumpens, & Boum magnam partem

Hosti

Hoſti ſubduxiſſet induſtria & velocitate nimia, pereundum præ inopia obſeſſis erat, Inde debilitatæ militum vires, deſperati Civium animi, dum ſe jam funditus everſos crederent, ab aſſiduis Hoſtilibus Tormentis & Aſſaltibus dum mænia & muri iam Urbem nudaverant, Repente Lotaringus accurrit & pectoribus ſuorum ſe ſe fortiter oppoſuit, Repreſſoq; hoſtium Impetu converſus ad milites. O generoſi Comilitones per qvorum pectora Europæ libertas & totius Chriſtianitatis Tutela nunc conſervatur, ſternite cuncta ferro & cæſorum Hoſtium aggeribus, obſeſſæ Patriæ minas & ruinas penſate, nunquam major pulchriorq; belli merces & Gloria vos expectat, qvam nunc, quod ſi negatum eſt ipſo laudante ac Teſte Cæſare Sagvinem noſtrum fundere, fundamus, ipſo Hoſte laudante collaudent virtutem Hoſtes noſtram. At vincemus! animo eſtote, denſior iam ex montibus Pulvis properantem Sarmatiæ Exercitum nunciat, veniunt iam

qvem

qvem vota & desideria nostra expectant. Ecce per excelsos Montes iam signa refulgent.

Approperat noster salvator adeste Cohortes
Intrepidi contra Traces conscendite muros
En properant cuncti velociter Ordine pulchro
Approperat quem iam cunctorum vota reposcunt
Has voces inter latas Rex advenit & mox
Prælia dira parat nec noverat hostis id ipsum.

Depositoq; Regio Paludamento se Ducem & Comilitonem omnibus præstitit ostenditq; animo suo forti se posse tam immani Hosti resistere & Imperium defendere, Et voluntate sua prudentissima Iulium Cæsarem imitatus feliciter usus seq; Ducem summum totius Exercitus Imperij Præcibus Principum præstitit, qvod profecto munus præreliqvis cunctis meruerat.

Itaq; & Certamine modestiæ Victor, confisus in suorum iam toties victricibus Copijs qui eum animosissime alloqvebantur, hi in illo fiduciam, Ille vero in illis ponebat, nec

elusus

elusus, junctus itaq; Imperialibus Legionibus, per invias densasq; Sylvas, per quas nunquam credebat Hostis eum transiturum, in Excubias Hostium ut Leo fortissime & velocissime irruit, easq; profligavit. Ut primum felicem Successum, Regis Imperiales viderunt, animosissime iunctis viribus Hostem aggressi sunt ut Leones-

Ordine quisq; suo pugnat præcedit & urget

Audacem pariter majorem viribus hostem

Aggreditur virtute sua præcellit ubiq;

Divisis Legionibus Imperij Rex jubet ipsum Corpus Cæsaris medium tenere, Latera vero Electores à tergo vero suas nonullas præcipuas Phalanges cum Duce Iabłonowski reliqvit, ut ubicunq; inclinare videret suos, gravius Hoste urgente ocius ferret suppetias: concurrunt Barbari terribiliter, multitudine sua nostros longe præcellentes, qvorum Impetum latus sinistrum sustinere non potuit. At Rex subito ipse Catafractis suis Hostem aggrediens signis, Hostem retrocedere coegit, & Germa-

nos rurſus in Ordinem redegit Mirandus in illo caſu Lotaringus fuit, qui videns ſuum Generalem ab Hoſte cæſum ipſe Equo deſcendens, Haſtamque uni ex ſuorum ſurripiens ante ſuos conſtitit vices gerendo cæſi Generalis, & ubicunq; laborare ac premi ſuos vidit fortiter reſiſtebat, animoſiſſime ſuos ad reſiſtendum animabat. Pugnatum fuit acerrime ab Ortu Solis uſq; ad meridiem utrinq; & iam Vires noſtris defficiebant, Hoſte novis ſemper catervis ſuis ſuccurrendo & iam retrocedere noſtros multis in locis cogebant impares illis Viribus. At ecce Staremberg videns ex Urbe agonare noſtros inperate erumpens ex mænijs Hoſtem à tergo aggreditur. Terroremq; magnum Hoſti incutiendo eum in diſordinem redegit. Tum Rex magno elato animo viſo hoſte confuſo in multitudine ſua, nunc agite Comilitones nunc eſtote alacres, non ſinite Hoſtem confuſum in Ordinem agi, nunc tempus habetis æternæ Veſtræ famæ, Nomen roborare ſic & nunc agite ut faciebatis, me quoq;

Directo-

Directore ad Iſtrum & nuper ad Chocim, Tyras, Bori-ſtenes, Danubius, quid aliud ſunt quam Cladis barbaricæ & Veſtræ æternæ munimenta, Inter tot nunc præclara geſta veſtra, ſupremum id veſtræ Laudis erit. Tutores vos & deffenſores fidei & Imperij quod totam ſpem nunc in vobis ponit, atq; errarij amplo cenſu inſpem libertatis dotavit.

Et nunc in Traces audaces ſtringite ferrum
Et nunc ut quondam concurrite fortiter Haſtis
Credite nunc ſuperos quoq; Veſtris affore ſignis
Auſpicijs fauſtis referet bona cauſa triumphos
Inſurgunt omnes in Traces more Leonum
Fortiter inſtando retrocedere protinus Hoſtis
In numero quamvis longe graviore coactus.

Interea converſus Rex ad ſuum filium Iacobum, ſi Domeſtica tibi deeſſent exempla illud tibi nunc Bavari Ducis Exemplum Heroicum militis Aſſiſtentis ſumito, qvi pari tecum ætate, qvantum Heroicum animum monſtret,

videto, qvam festinatione virtutum Atavum antecellit, sed & cum mea tibi Exempla adsint *o Fili dilecte mihi* Patris seqvitare labores, ut pariter Procerum fias condignus honore, atq; quod est longe præstantius Orbis amore. Nil ultra cunctatus concitato equo cum omni flore sui Exercitus in hostem irruit & tanqvam Leones cum Tygridis acerrime concurrunt, Poloniæ Rege ei ubiq; præsente & moderante ac inter densiora agmina non diu latuit laxattis enim ordinibus, in Hostium grandem & atrocem Stragem edidit.

Et qvicunqve ausi resistere aut captivati aut periere in conflictu jacent passim & spolia substrata eqvis Corpora.

Trax numero potior pugnat, virtute sed ipsa
Christiadæ justæ fundati munere Causæ
Perque diem mediam lances Ensesq; refulgens
Inter eos volitans dubijs victoria pennis
Cui faveat nescit, pugnatur utrinq; potenter
Lassa demum supra nostra tum signa recedit

visa

Visa fuit cunctis volitans super Astra Columba
Cæsorumq; fluunt in circum Sanguine rivi
Per loca cuncta ferox Martis desevit Erynnis
Omnia corporibus cæsis sunt tristia facta
In Cælos clamor cæsorũm fertur utrinque
Et Tormentorum sonitus superaverat omne
Tandem Rex Palmæ nè quid bellando deesset
Se quoque Victorem superavit fortibus ausis
Signifero Summo dum Cæso Prætoriano
Vox illum raptum tradendo proximiori.
Quod fuit ornatum cauda comprimis Eqvina
Et Gemmis nec non Diamantibus irradiabat
Hoc Romam spolium comprimis mando feratur
Hoc Roma nostri sit Testis firma Triumphi
Unde suum duxit victoria nostra valorem
Terrore latius dato Dux ipse Barbarorum
Vezirius equi pernicitate fretus turpite fugam
Dedit Victoriam & gloriæ titulos tanti Regis

Per Regna Barbara monstraturus pænamq; daturus.

Cætera Barbaries Asiatica maxima qvamvis

Turbato pugnans ordine Terga dedit

Cujus adhuc numerus certus nescitur id unum

Millia quod passum Castra fuere decem.

Quæquæ fuere timens in Castris cuncta reliquit

Cui fuerat frameis sarmata terribilis

Hanc dum perseqvitur per devia quæq; fugacem

In numeris spolijs sic quoq; Victor ovat.

Vestibus atq; Armis pretiosis atq; Camelis

Annona plenis Curribus inde redit

Et Captivorum ducuntur Millia multa

Quod Pietas Regis non dedit ipsa neci

Parcere Subjectis & debellare Superbos

Duntaxat Regis mens est generosa fuitq;

Cognita subjectis ejus Clementia cunctis.

Sic Rex prosperis ratus eventibus possessisq; Castris plenis omnibus Divitijs per devia & avia fugientes,

Spar-

ſparſoq; per loca munitiora Hoſtes obſidet, & quos per Pagos invenit captivat, & rarus erat qui poſſet velocitatem Polonorum effugere, Eqvos enim habent velociores & alacriores ad Curſum. Expugnatis ergo multis Præſidijs receptis Urbibus præcipuis in Ungaria ſedatis & profligatis Rebelluum Agminibus, Pannoniam aut Armis occupat, aut metu, tantus enim erat timor ubiq; ejus ut vix viſis Ejus ſignis mox omnes relictis omnibus fugerent, aut ſe Illius clementiæ non cunctando ſubderent videndo ejus Clementiam erga captivos.

Id que tam mira & proſpera Martis alacritate ut ne totam ferro armiſq; victoriam deberet, plures Clementia ſua ad ſe traxit qvam Armorum vi. Maxima pars vero Barbarorum fluminibus ſunt abſorpti, præcipue Danubio dum ſub fugientibus Pons ruptus fuiſſet, ſic velut ad Chocimium, commune enim hoc eſt Tracum ut dum pugnant, acerrime pugnant, dum fugiunt fero impetu fugiunt, & magis mortem oppetere eligunt quam captivari. Hinc major ad Strigoniam & Vivannum Regi vir-

tus emicuit, quam ad Viennam ibi enim Hoſtis congregatus fidens in munimine Urbis & Præſidij omnem ſuam vim & Divitias repoſuit, qvam Urbem dum Rex expugnare vellet aproximando eidem, ex tormentis ab omnibus mænijs acerrime ſe defendebat hoſtis, & maxima damna intulit Præcipuis Regis ſignis & Eqvitibus, ita ut etiam ad Latus Regium Ephæbus ſit occiſus, Rex inde excandeſcens juſſit ſuos pedites acrius aſſaltum facere & portas Tormentis quæ ad Viennam in Spolium Regi ceſſere fortiſſime infeſtare, ac tandem confractis portis vi Urbem expugnavit. Mirabile, illis Tormentis & armis qvibus Viennam expugnare Barbarus ſe ſperabat Urbe feliciter capta, Barbari ſe in arcem receperunt, quos dum expugnare vellet acrius inſtando Baſſa comendans Album Vexillum expoſuit volens ſe Clementiæ Regis ſubdere, qvod & factum eſt certa Capitulatione, ubi plus quam decem Millia Captivorum ad Viennam diverſarum Conditionum Perſonarum reperiebantur, Principum, Co-

mitum

mitum Baronum & Spiritualium præcipuarum Perſona-rum Virginum ultra tria Millia cum præcipuis Matro-nis Generis Illuſtris quas omnes Rex libere unum qvemq; ad ſua propria remiſit. Et Præſidium Turcarum juſſit comitari uſq; ad tutiora loca eorum, ne infeſtentur in via cum omnibus Eorum Armis Secundum pacta conven-ta. Interea dum hæc geruntur proſpere Veſirius qui Budæ commorabatur miſit tres Baſſas qui comitati cum triginta millibus Ianizaris otius properabant, ad Subſidi-um Urbis quæ iam capta fuit, qui dum in via noſtros cum Tekelio agreſſi fuiſſent, qvi minus caute graſſa-bantur Ebrietati dediti duo Millia deleverunt, cæteros im-fugam verterunt, qvod dum Rex audiſſet ſubito cum ſuis ſelectioribus Eqvitibus ivit in contra non ſperando illorum tantum numerum,qvibus qvum ſufficere non poſſet ſe in Sylvas recepit, præcluſerunt enim illi Barbari viam in Urbem redeunti. Amiſſis multis ſelectiſſimis ſuis inter quos ipſe Palatinus Pomeranienſiis cecidit, Rex ſubito

missit ad Lotaringum qvi unius spacio diei distabat ad suppetias ferendas, Turcæ vero etiam miserunt Budam ad Vesirium ut Eqvitum mittat legionem ejsdem in adjutorium jactantes se Regem habere in manibus, sed sinistre Lotaringius enim nocte dieqve properans advenit feliciter citius, Turcis, sic omnia in sinistram partem cessere Barbaris, sic nisi salvasset propere Lotaringus eundem actum erat, cinctus jam Rex fuit undiqve forti: barbarie cum qva discrimina magna fuere. Et acerrimus conflictus utrinq; non minor quam ad Viennam integra duravit fere die cum prospero Regis eventu, quamvis periculosissimo, dum sub Rege ipso eqvus occisus est, & ejus lateri Principales assistentes. Sic Divina Providentia voluit adhuc nostrum Tutorem, nostrum & munimen nobis præservare, Rex ibidem profligatis Barbaris magnum numerum Captivorum Principalium inter qvos duos Bassas vivos mancipavit, Ianisari omnes fugientes per Pontem Danubij rupto Ponte fere omnes submersi,

cæteri trucidati & in Danubium projecti qvorum ſangvine Danubius rubuit & erubuit qvod eorum Tutellæ & Gubernio ſe tradiderunt.

Sic fuit auſa ſimul Belli fortuna ſiniſtra
Sorſq; feri Martis dubio qui tramite currit.
In Regem ſævire cui ſors proſpera juſta
Semper erat, Iuſtam quia ſemper Sydera cauſam
Propitijs ſuperis in quavis parte tuentur.
Attamen in cunctis cautum nimis eſſe neceſſe eſt
Semper in audaces non eſt audacia tuta.

Sic velut ex induſtria ſuperi illum vitæ periculi præmonebant dum in Illum fortuna ſiniſtra ſed fruſtra deſevijt tanquam in Marpeſiam cautem, non ego ſum fortunatiſſime Regum qui curioſius in tua geſta inqviram, hæç quæ Communi fama didici refero, qvæ omnia in majorem tui nominis æternam laudem futura, dum tot & tantis periculis feliciſſime ſemper evaſeras, quæ ab amore publico Gentis erga te Chriſtianæ metuentes, de

tuis periculis tam gravibus cum admiratione omnium audivere fero, qvibus te sponte & temere in tam grandem & ferocem immittis Hostem, an nescis?

Victores multi pereunt victiq; resurgunt
Quosque neges unqvam posse jacere iacent.
Vere solent fortes ad bella procedere Reges
Fortunæ metuant flore cadente suæ.
Sponte nimis animo Gravium periculorum
Discrimina ipse aggrederis, quid iniqviora
Tibi relinqvis & unus omnia sibi assumis?
Tam grave munus & periculosum pondus ipse
Tui humeris velut Atlas alter tibi imponis.
Habendo tot & tantos Duces qvi tuis mandatis
Sunt promptissimi & tenentur parere
Præreliqvis alijs validis fortissimus armis
Dux Iabłonowski qvi præsens semper ubique,
Alter Parmenio censendus & alter Achylles,
Hectora sub Troja redivivum dicere fas sit,
Cujus erit pariter sub sydere fama perennis.

Sat

Sat grandis erit titulus victoriæ ſi tradas auſpicia Ducibus tuis, eſt formidatum ipſum nomen tuum Hoſtibus nonne inmenſis Barbaries te abſente à Ducibus tuis victa ad internecionem delecta, hauſtumq; noſtrum ſangvinem evomere coacta fuit. Et direpta ſpolia ſpolijs ſuarum terrarum reddere coacta fuit. Tu Exercituum, omnium, Urbium præſidium, ſalus Europæ, noli omnium periculis temere te ſubdere, ne te deficiente omnes tandem nos deficiamus. Finiam hoc monito, & qvum neceſſaria ac innumera defectu ingenij noſtri de te ſunt omittenda arctato eloquij limite, non a te procul divertam ad Deum. Tu qvi altiori ſyderum luce terrena reſpicis, conſerva eum, qvem ſevientibus Barbaris armis noſtro Sæculo Tutorem oppoſuiſti, hoc tutore & nos ſervare digneris; Conſerva Eum quem tantis animi ornamentis dotaſti, & feliciſſimum in omnibus effeciſti, non favore ſed vera Heroa virtute in Tronum evexiſti. Serva munus trium Præſidiumq; noſtrum eique ad futuram Orientis Gloriam Patria accedat.

Herois tanti brevibus Regiſq; Duciſq;
Heroo liceat verſu finire Trophea.
Qui fuit æternum bellator vivere dignus.
Defenſor Fidei Phoſphoros Imperij,
Inde Triumphator rediens mox vere ſub armis
Fortibus Arcta Tyræ petijt loca Barbara; Caſtra,
Diſcutiens Hoſtemq; procul migrare coegit.
Præcipue Traces qui iam potiora tenebant,
Et meliora ſtatus loca tot bene fortificata.
Præſidijs firmis poſitis juſtiſq; rebelles,
Aſvetoſq; Truces duntaxat vivere rapto,
Baſſarabas proprijs oris conſidere juſſit,
Thaurica perſeqvitur per Devia quæquæ potentes
Agmina prædones ſceleratos totius Orbis,
Qui ſemper rigidi populantur proxima Regna
Cherſoneſis antris tandem conſidere juſſit.

Elegia-

Elegiacon Skop.

TRes post se natos claros virtute reliqvit
Quos ingrata nimis Patria postposuit.
Quorum qvisq; fuit dignus diademate Patris
Præreliquis alijs ecce valore Patris
Qui tandem lustris inhumatus sex latitabat
Vix post Augusti fata sepultus erat.
Qui toto fuerat gestis clarissimus Orbe
Ignotus moritur Gentibus ecce suis
Roma foro medio cui struxerat ipsa Colossum
Alterius Tumulo clauditur Endymion.

Pharsalia Sarmatica, seu bellum Civile in Regno Poloniæ. Ejusdem.

ÆMatium qui vult vel eo peiora videre,
Aspiciat tandem spoliatæ deniq; late
Sarmatiæ campos, campis campestria fata
Non bene prospiciunt, Pax & concordia Templis

Nunc

Nunc utinam noſtris non mars coleretur in oris,
En perijt toto Celeberrima natio mundo,
Libertate ſua quæ ſolis æmula Divis.
Marte gravi tandem vaſtatur in omnia diſcors,
Pluſq; ſuis proprijs quam externis obruta telis,
Pergama noſtra iacent Procerum diſcordia cujus
– Ambitioq; fuit ratio ceu tempore Magni,
Dum de Primatu cum Cæſare Bella gerebat.
Nevè velut qvondam latium nimis ambitioſum
Belo Civili nunc patria noſtra laboret.
Ne pereat proprijs armis eſt rite timendum
In qvibus o facinus! detur reverentia vero,
Ipſa mali ratio formalis Patria tanti
Externus Princeps fuerat vitandus ut omnis
Suæ Patriæ fida prudenter natio vitat
- Dantur & in Regno Subjecta capacia Sceptris.
Principio ſubito diſſenſus pernitioſus
Extingvendus erat, Scintillis atq; favillis

Debuerat

Debuerat citius validis occurrere tellis,
In tectis ipsis prohibes incendia sero.
Heu qvantum poteras sincero fœdere belli
Contra Bistonias aqvilis conjuncta duabus.
Hostiles turmas spoliorum ferre trophea
Sed dum malebas discors te jungere genti
Externæ quæ nunc tibi prædominatur avara
Utile dum proprium temeraria non nisi quærit
Te postponendo duris torquendo tributis.
Discors facta gemmis Bellonæ victima tristis
Prosperiora Tyræ poteras dominando tenere
Fertiliora tui Regni loca grataq; cunctis
Lacte fluens & melle solum fit deniq; bellis
In tres divisum partes & ferre retractat
Quod prius ecce jugum tulerat dum pace qvietum
Florebat Regnum, quò nil est carius Orbi.
Saxeus ille locus quo non præstantior alter
Editiore loco prospectans extera Regna

Qui custodit, & est natura fortior ipsa *Kamien:*
Qualicunq; alio surgente labore vel arte
Munimen servans nullo qvasabile telo
Sed nec habens aditum quo tolli possit ab hoste
Redditus est tandem sacrato fædere pacis
– Tutior est longe quam si per bella fuisset
Surreptus, nam vi qvæ dira sæpe parantur,
Tempore cuncta suo vi rursus surripientur.
Vix Euxinæ Schyttæ tua littora lata tenerent!
Terminus ipse Tyras Regni nec Duna fuisse
Obseqvijsq; tuis fæcunda Boristenis Ora,
Danubio nulla cedens ratione fuisset.
Si Regni Proceres concordia sustinuisset.
Proh! inciviles Civiles sangvine dextræ,
Sed nec vos dextras sinceras dixerit esse
Dexteritatis amans nocuas tam Marte sinistro
Nec Svecus vestras nec Moscus barbarus oras
Saxoq; vastasset eadem si vestra fuisset

Mens animusq; simul, fuerat Rex gente suorum
Indigetum, non externa de gente creandus
Externum Dominum patienter natio nulla —
Quod tulerit, fuit hoc comprimis considerandum.
Iam sero, Rex est patienter jure ferendus
Qui semel electus, non est hæc allea jactus
Simplicis ingentis nimis est res ista tenoris
Difficilis nimis est omnis cum Regibus ausus
Et mala qvanta ferant, qui Regibus esse fideles
Desistunt, toti monstrat Pannonia mundo.—
Tu simul expereris dum te jam natio qvævis
Vastat & expoliat nec fas satiare scelestos
Et qvamvis cuncti se profiteantur amicos
Quisq; suum tantum temerarius utile quærit.
Cum Bromio Marti duntaxat habentur amici
Sic & amicitiæ prætextu dira Suenum.
Venerat & totum Regnum spoliavit Erynnis
Moscus in innumeris sic millibus advenit & te.

Vastat & attenuat nulla saciabilis Arte,
Unde fames Ortu tristissima dicitur esse
Barbara gens qvævis se se profitetur amicos
Et facit immitis graviora vel hostibus ipsis,

Altera Pars. Ejusdem.

COntinuetur opus tantorum causa malorum
Quæ fuerit brevibus mihi sit fas enumerare.
Quo fatis cessit Rex Inclytus ille Ioannes
De Duce Supremo qui Rex electus & ipse
Sarmata Progenie meritorum munere soli
Virtutumq; qvibus clarissimus extitit Orbi
Ingenij Patriæ gnarus gratusq; proinde
Pro merito qvemvis novit quo donet honore
Sincera quod promeruit dans lance cuiq;
Turcarum Victor conservatorq; Viennæ
Terribilem cunctis rabiem frænando Scitharum
Integro Regno quæ maxima damna ferebat.

Ut cæpit felix, si constans continuasset
Nunc Constantino Romano staret in Urbe
Æmulus æternum nomen famamq; tulisset
Ut pastore carens grex deffecit & perit omnis:
Sic hoc sublato deffecit fama statusq;
Sarmatici Regni nec habet discordia finem
Hæc infausta dies qualis primordia sumpsit
Defficit & nostræ iam libertatis abusus
Cætera regnorum series cui invidet, Orbis
Audacter nimium dum cum Phaetonte volare
Plus ultro voluit pennæ sunt ejus adustæ
Ambitiosa cadit, minus inter utrumq; tenendo
Vix spirat labans & ne quod avertite Divi
Æternum nobis expiret jure timendum,
Afflictis nobis libertas hæc modo sola
Quemlibet ut metuas media quoq; nocte paratas
Omnibus esse fores belli prædonibus inde
Da qvodcunq; jubent mox & qvodcumq; reqvirunt.

E stabulis si quæ fuerint armenta trahuntur
Horrea franguntur, nec habent æraria vectes.
Attamen o facinus! se se profitentur amicos
Et defensores Patriæ licet omnia tollant
Quid multis brevibus liceat mihi vera fateri
Rursus in antiqvum spoliata Polonia Campum
Vertitur in vastum deprædatumq; per hostem,
Armentis nostris armamentaria Sveci
Cum rigidis Moscis extra confinia Regni
Quæ meliora rati traducunt in sua Castra
Si contradicas perversis victima fies.
Teq; trahent secum gravius qvocunq; latrone
Ista tibi facient qvi nos venere tuendos
Effera gens nescit qvid sit mens conscia recti,
Quid virtus vel qvid pietas ignorat, & indè
Duntaxat rabie tam fuso sangvine gaudet
In quo furore suo misereri nescit egeni
Et venere dies ubi non plus ordine justo.

Assi-

Aſſignata petunt, rapiunt qvodcunq; videtur
  Illis proficuum miſer eſt cui proxima Caſtra
Nec tantus dolor eſt de cunctis qvæ rapiuntur
  Quam de contemptu qvem ſummum ferre neceſſe eſt
Fama bonumq; viri nomen qvocunq; Metallo
  Gratius eſt, miſer eſt qvi diligit id qvod honeſtum
Sunt plures proprium qvi qværunt utile tantum—
  Hinc commune bonum Patriæ tenuatur & alget
Cumq; boves pluris cum porcis anſeribuſq;
  Quam commune bonum faciunt patiantur & illud
Quod de communi patiuntur ſorte bubulci
  Pars potior Regni gemit expoliata per hoſtem
Plurima turmatim iacet extra mænia peſte
  Iam proſtrata ſolo, quod triſtia bella tulerunt
Quæ ſupereſt pars illa fame miſeranda laborat
  His facie ſimiles qvi iam petiere ſepulchra
Nec plus optantes qvam flendo deniq; mortem
  Heu ſatis eſt iræ Superi iam parcite flenti

Quæ ſupereſt genti quod ſit peritura videtis
Auxilium veſtrum miſeræ niſi deſuper adſit
Libertate potens nuper tum laude ſub armis
Quæ fuerat quondam gens gente beatior omni
Oprobrium facti ſum[us] omni parte viaq;
In circum terris qvos hoſtes ſurripiendo
Per fas atq; nefas nec pars jam tanta remanſit
Quanta ſub adverſa per bellum gente gravatur
Quæq; remanſit inops vix ſpirans fræna remiſit
Perpetuis martis rigidis opreſſa tributis
Nec datur ærumnis, pacis qvoq; tempore Finis.

Oratores fiunt, naſcuntur Poetæ. Ejuſdem.

NAſcuntur genio ſolo, ſed tempore fiunt
Acqvirunt venam ſæpè legendo Sophos.
Quid tibi cum verſu ſi neſcis quæ recitanda
Comprimis opus eſt quæ memoranda ſcias
Hiſtorias aptè cognoſcere, res nimis ingens
Cum populis totus ſubjacet Orbis eis

Ingenijs

etis
adsit
rmis
or omni

mansit
gravatur
emisit

Finis.

Ejusdem.

hos.
nda
cias
s

Ingenijs

345 . 347

brak 2ch kart na końcu.
Końcy: Valedictio Ill.
Sułkowski per Rumiński
Palat. Roman. a Sarp
recensita.

Termin zwrotu lub zgłoszenie prolongaty.